

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**T**ΩΝ οἱ χυλοί.) χυλός, succus, humor. Humores quatuor esse Medicorum schola docet. αἷμα, φλέγμα, ἡ ξερὴ χολή, καὶ ϕύλακα. De quibus Theophrasto non est sermo. χυλός propriè succus dicitur ex planta; aut alia materia, manibus aut torculari, aut igne expressus. Hesych. χυλὸς πίπα, τὸν ὑγεῶν εὐπίπα. Succus, qui expressione eliditur. Hoc sensu accipitur apud Hipp. lib. de ratione viet. in morb. acutis, τις οἱ πόσαντες χεὶς εἰς βαρτίσις τίους καθίσιαν εἴη. καὶ οἱ βέλτιστα ιδεῖσι, καὶ ἄλλοι λόγοι τὸν χυλὸν μετάνοιαν γεινόσι. Prissianam autem ex optimo hordeo confici oportet, atque quam optimè coqui, idque præcipue si non solo succo uti velis. Ubi τὸν χυλὸν πισταναν excolatam intelligit, ut prissianæ integræ & non colatae opponantur. χυλὸς πόσαντες succus, vel, ut loquitur Celsus, tremor hordei. Dioscorides lib. v. χυλὸς σφυλῆς; uva succus. Hoc vero capite χυλὸς partim pro fructuum succo, partim pro sapore sumitur. Nam pro fructuum diversis succis, saporum discrimina percipiuntur. χυλός succus; Græcis χυλός; εὐπίπα. χυλός succus, γενός sapor, qui in fructibus arboreis, & oleribus hortensibus gustu discernitur. Propriè tamen χυλός succus qui exprimitur, χυμός vero sapor. & hoc mille vel testimonij probare non difficile erit. Quod Epicurus de finibus dixerat: Οὐ γὰρ θεωρεῖσθαι τοῦτον, ἀφαιρεῖσθαι τὸν χυμὸν οὐδενά. verit Cicero Tusc. III. Nec equidem habeo, quod intelligam bonum illud, detrahens illas voluptates quae sapore percipiuntur. At quod idem Epicurus in Epist. ad Men. Τὸν φυσικὸν πᾶν ιστόθεαντι, τὸ εἰτε καὶ διατάξαντι. οἱ τε λατοὶ χυλοὶ τελοτελεῖς ἀλγίην τὸν οὐδενὸν ἀσφίξιος: ipse Cicero lib. II. de finibus reddidit: Naturæ divitias parabiles esse & tenuissimo vietū, id est contemptissimo: escis & potionibus minorem voluptatem non percipi, quam rebus exquisitissimi ad epulandum. Sed sèpè alterum pro altero, id est χυμός pro χυλῷ, & contra χυλός pro χυμῷ substituitur. Hesych. χυμοὶ χυτοί. χυμός στίλος, ή πόφε χυμός. id est, χυμοὶ sapores, χυμός saliva, aut agger sepulchri. Hoc imitati sunt Latini. Persius, turdorum nosse salivam. Propertius, & Methylmæi Græca saliva meri. Idem Hesych. χυμός πίπα τὸν ὑγεῶν: ubi πίπα, idem quod εὐπίπα, liquor exprellus. Alioquin πίπα quicquid coquitur. Hesych. Πίπα καὶ οὐλωσιόν τοῦ πατόρος. Aeschylus apud Athenæum χυμός succum expressum vocat. Λευκίστης γὰρ μέσοις: ηγετακύμαιος. Candidis enim moris & nigrum succum fundentibus. Eodem quoque libro de amygdalis legitur, Λιπαροτερή τε φαινεται, ηγετακύμαιος χυμόν γενικόν, ηγετακύμαιος. Pinguiores quidem illæ sunt, pinguisque succum ac dulcem præbent. Sed hoc loco χυμός, pro sapore accipi potest. Plato in Timœo, χυμός vocat, humores illos, qui à terra in stirpes transmittuntur. Ibidem χυμόν generat quatuor ponit; vinum, oleum, picem, mel. Ut χυλός sèpè pro humore: ita etiam alibi pro eodem χυμός ponitur. Galenus, καρποτετέρος μὲν πολὺ καὶ ἄντε τῆς καρποῦ φύσιν, οὐδεὶς οὐδὲ οὐδεὶς κατεῖται τῷ τοιεστα χυμῷ, τολμῶντας τοὺς ηγετακύμαιος οὐδὲν τελέσαιντας. Bilia atra malignior longè est, quam quæ secundum naturam habet, proprium vero tali humoris impositum nomen nullum est; nisi quod fuere qui rodentem, aut acetosum vocarent. Apud Deipnosophistam lib. III. ait Trapezorhetor Naucratita. χυμόν τε άναδιδοντας τὸ σώμα τὸν καλέμδρον ζυσκόν. χυλός, ut dixi, hoc loco partim pro succo, partim pro sapore accipi debet, sive ut non ineleganter doctiss. Salmasius saporato succo. Sic saporata offa Virgilio, & sanguis saporatus Arnobio lib. v. de malis punicis: Addite hic etiam idcirco esse uvida, idcirco vinea, quod ex saporato sanguine genis ducant, & fabulam convenienter impletis. Punica mala, ideo rubra, quia ex sanguine. Idem paulo ante, & quia de rubro exorta sunt hæc sanguine, idcirco illis color est purpurei luminis effectione subtilitus. Idcirco autem vinosa uvidaq.; quia ex sanguine saporato. Alius tamē sapor sanguinis, qui falsus est; alijs in malo granato, qui acidus & rinosus. Cæterum sæpe χυλός, à Theophrasto pro sapore ponitur, ut lib. VI. cap. I. χυλός μὲν ηγετακύμαιος τὸν χυλὸν εὐπίπα. Vide & cap. xix. ejusdem libri. Nemo ignorat, apud botanicos iuxhalas passim pro bono sapore reperi. & quæ magis saporata, ηχυλα & ιψυλα vocari. Theoph. τὸ γὰρ ξύροντα. ιδεῖσιν οὐτ' ηχυλα &c. Cæterum non intelligit hoc capite succum, sive saporem, ipsatum arborum; sed

pomorum, baccarum, & nucum, quæ in ipsis arboribus nascuntur, & cibis commendantur, succus vitis vinous, in uva intelligitur; mori arboris, in moris, myrti, in myrtis; oleosi succi oleæ, in olivis: lauri, in bacca; juglandis arboris, in nuce; piceæ, in nucleis pineis, &c.

Oιδεῖσι, οὐτοὶ διεπίστειλαν.) Negare hoc videtur Plin. lib. xv. cap. xxviii. Ergo succorum vinous pyro, moro, myrto: minime (quod miremur) iuvat. Rectè facit, quod fructus & poma dicat, cum Theophrastus arborum nomina posuit. Lege etiam ex Salmant. codice, ut Doctiss. annotavit Pintianus: Ergo succorum vinosi, οἱ πρὸ ιον διαδέισι, inquit Theophrastus. Illud contra Theophrasti sententiam, quod negat vinous succum uvis inesse, cum disertè id testetur Philosophus, ipsa que experientia, gustusque affirment.

Oιδεῖσι, οὐτοὶ διεπίστειλαν.) Rectius Plinius loco citato, Pingues, olivæ, lauro, nuci juglandi. Sic etiam auctor libel. de plant. lib. I. cap. V. Πάλιν τὸν χυλόν τὸν οὐ τοῖς καρποῖς οἱ μὲν εἰς ποτὲ, οἱ δὲ οὐ ποτὲ: Επειτοι μὲν (οἰδεῖσι Theophr.) οἱ τῶν στεφαλῶν, καὶ τῶν ροΐων, καὶ λοιπῶν οὐλῶν ποτὲ. οὐποτὲ οἱ οὐλῶν φυτῶν: ηγετακύμαιος ποτὲ ποτὲ. ηγετακύμαιος τοῖς ποτέ ποτέ. ηγετακύμαιος ποτὲ ποτέ. ηγετακύμαιος οὐλωντεῖς μελιδεῖς, οὐτοὶ Φωκικοὶ ηγετακύμαιος ποτὲ ποτέ. ηγετακύμαιος οὐλωντεῖς οὐλωντεῖς ηγετακύμαιος. Σuccorum quoque qui in fructibus sunt, alijs potabiles sunt, (Theophr. Plin. vinosa,) velut uvarum succus. & malorum granatorum & multorum aliorum: querundam non sunt potabiles. Galiorum pingues, ut olivæ & pini, & nuci; quidam non sunt; aliorum item dulces mellei, ut dactylorum & sicnum: alijs calidi & acuti, ut origani & sinapis; alijs amari, ut absinthij, centaurei.

Oιδεῖσι, οὐτοὶ διεπίστειλαν.) Plin. loco citato, dulcis, uvis, fici, palmis. Uvam, ut jam ante dictum, Theophrastus inter fructus vinous numerat. Inter dulces recenset idem βαλάνων & δρῦς. cum fructus δρῦς, βαλάνων, id est querulus glans vocetur. Lego οὐτοὶ βαλάνων, cum excell. Salmasio, & interpretor castaneam. Extra omne controveriam est, castaneæ fructum dulcem esse.

Oιδεῖσι, οὐτοὶ δρῦς.) Theophrastus, cum acris, & amari saporis in arboreis fructibus, saltem edulibus, non habet, ex hortensibus petivit. An itaque arborum fructus non dantur acres & amari? Ipse Theophrastus contrarium facet. Etenim lib. VI. cap. XXI. cedri & terebinthi fructum acrimoniam quandam habere refert. ηγετακύμαιος ηγετακύμαιος ποτὲ οὐτοὶ δρῦς ηγετακύμαιος ποτὲ ηγετακύμαιος. Lauri baccas odoratas, sapore cum exigua acrimonia non nihil amaricantes, qui negat, gustavit nunquam. Hunc locum Plinius ex Theophrasto ad verbum mutuatus est. lib. xix. cap. ult. Namque succorum saporumque dicenda differentia est, vel major in his quam pomis. Sunt autem acres cunilæ, origani, masturtij, sinapis, amari absinthij, centaurei. Utrum ηγετακύμαιος cunilam verterit, ex iis quæ lib. VII. dicuntur, facilè diligens videbit lector.

ηγετακύμαιος ηγετακύμαιος.) Plin. lib. XV. cap. xxviii. Sua & in odore miracula. Malis acutus, perficiè dilitus, dulcibus nullus. Nam & vinum tale sine odore, tenue odoratus. Multoque celerius talia ad nafum veniunt, quam pinguis, quæ odorata non eadem in gustu tenera, quia non sunt pariter, (non simul, alioquin hoc falsum foret, sed pari modo ut notat doctiss. Dalecampius) Quamobrem citreis odor acerrimus sapor asperrimus, quadantenus & cotoneis, nutlusque odor fici. Malis acutum tribuit odorem; cum sit suavis, & adeo jucundus, ut vel animo defectos revocet. Plant. in Amphitr.

Enimvero prægnanti oportet, & malum dari  
Vt quod abrodat sit, anino si male effe ceperit.  
Reliqua examinavit doctiss. Scaliger. Diosc. lib. II. cap. CI. de melle, οἱ δὲ δοκιμαστεῖσι τὸ γλυκύτερον. ηγετακύμαιος ηγετακύμαιος. Magis probatur dulcius & acer, & odoratus, subflavum. Quid dulcius melle? odoratum ramen probat Dioscorides. Asperrimum cum tribuit citreis saporem Plinius, falsum docet, nec gustasse videtur.

Καρπίδες.) Doctiss. Gaza καρπίδης legit; vertit enim cedrulæ. Non necesse vulgatam mutare lectionem: alium spirat odorem semen anethi, alium cedri fructus. καρπίδες καρπίδες, fructus cedri.

Eian οἱ ιδεῖσι, Plin. loc. cit. Aquosus prunis.

**E**γένετο δέ τὸν οὐρανόν οὐρανόν. Hactenus succorum ex sapore differentias, quæ gustu percipiuntur, exposuit; qui succi in fructibus arborum, aut hortensium considerantur. Nunc transit, ad ipsum arborum, & hortensium humorum explicandum; qui non gustu vel sapore deprehenditur, sed tactu, aut visu, aut odore. Υπότην vocat humorum, cuius persequitur tales differentias, quæ in ipsa ejus natura & consistentia spectantur, ut alium esse lacteum, alium resinosum, alium aquosum, aut qua acrimonia, aut odore censentur. Porro οὐρανός, hoc est humorum arborum, herbarumque, quem ἡ τὸν χυλὸν secernit, lib. ix. cap. i. ὁνδρὸς vocat: οὐρανός δικίαν φύσιν τὸν φυτῶν λόγον καλεῖται. περὶ ὁνδροῦ οὐρανού οὐρανού. De differentia ὁνδροῦ & χυλοῦ, vide cap. i. lib. ix. Υπότην, de qua hoc loco agit Theophrastus: Humorem, vertit Plin. lib. xvi. cap. xxxix. Humor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligit debet, non idem omnibus. Ficis lacteus, huic ad caseos figurandos coaguli vis; (sic legit excellentiss. Salmas. vulgo figurandos, male, non figurat, sed cogit caseos coagulum) cerasis gummosus; ulmis salivosus, lentus ac pinguis malis, vitibus ac pyris aquosus.

**H**ερμηνείας οὐρανού. ) Plinius ἐπινοεῖ legit, uti observavit Robertus Constantinus. Recte Theodorus, αἵρετας, ιδεῖς reddidit; nec resinaceus, nec piceus succus olea. Abietem resinā fundere, nō nisi indoctis pharmacopoeis incognitum; abietis lachryma est, quam Venetam terebinthinam vocant.

**T**ὸν δὲ λαχανωδὸν. ) Hujus loci sensum non animadvertisit Plinius cap. ult. lib. xix. Namque & succorum saporumque dicenda differentia est, vel major in his quam pomis. Sunt autem acres cunile, origani, nasturtij, sinapis: amari absintij, centaurei: aquatiles cucumeris, cucurbitæ,

tactuæ: acuti tantum cunilæ: acuti & odorati apij, anethi, fæniculi. Priori loco cunilam five thymbram (eadem enim Thymbra & cunila planta, ut ipse docet Plinius lib. xix. cap. viii. Thymbram vero quæ sit cunila, hæc apud nos habet vocabulū & aliud, satereia dicta in condimento genere; quæ causa, cur Theodoreus Thymbram, saturecam verterit) inter eas numerat plantas quæ δρυμοῦ acrem habent χολὴ, cum origano nasturtio & linapi. Posteriori loco eandem Thymbram, eundem thymum, inter ea quæ acutum habent saporem, recenset; quasi alius sapor acutus, alius acris. Inepte & absurde acutum, ab acris separavit, & inter acres sapores cunilam recensuit, eandemque inter acutos. Alia mens Philosophi nostri. Priori loco egit, οὐρανός χυλῶν, & χυλὸς γενεῶν, id est sapores intellexit, qui in frugibus arboreis, & oleribus hortensibus gustu discernuntur. Posteriori vero de humore ipsarum arborum & hortensium, qui ad gustum non refertur, sed sub sensum olfactus aut tactus venit. In saporibus distinguendis, dixit, succos δρυμοῦ cerni in origano, Thymbra, nasturtio & linapi, quæ omnia gustu ac sapore acris sunt & acuta. At in humorum discrimine signando, thymum & cunilam aliquam habere acrimoniæ prodidit. Hæc ergo δρυμοῦ, quam præferunt humores thymi, thymbræque, non ea est quam gustus precipit, sed illa quæ olfactu sentitur, ut & ινδονία, quæ in humore apij, anethi fæniculi percipitur. Confudit ergo Plinius, τὸν οὐρανόν οὐρανόν, οὐρανόν, humoris & succorum saporumque differentiam.

**E**νδιάσιον. ) Plura de odorum, saporumque differentijs vide lib. vi. de caus. quæ libro multa de sapore, succo, & odore disputat.

## ΚΕΦ. Κ.

## C A P. XX.

De odoribus florum & foliorum & radicum: quoque genera humorum arbor habeant: deque folijs & fructu tiliæ.

**E**ΝΙΩΝ γάρ εὔσημα τὰ ἄνθη μᾶλλον ή τὰ φύλα. Λαστὸν δὲ αἰνάπελη τὰ φύλα μᾶλλον ή σικλώνες. ὡσπερ τῶν σεφανωματικῶν. τῶν δὲ, οἱ καρποὶ τῶν ἡ γένετον. Εὑών ἡ αἱ ρίζαι τῶν δὲ πιμένων. οὐρανός ἡ κατὰ τὰς χυλούς. τὰ μὲν γάρ φρεστά τῷ ἀνέρῳ τυγχάνει καὶ σὺ φύλασσε καὶ τεκμαρεῖσις. τὸ δὲ αἴσιαν τὸν τῆς φιλούρες. πάντης γάρ τὰ μὲν φύλα μαλικέα, καὶ πολλὰ τῶν ζώων ιδεῖς οἱ δὲ καρποὶ, γέδει βρατοί. επεὶ τότε αἰνάπελη γέδειν θαμασίν. οὐσε τὰ μὲν φύλα μὴ ιδεῖσθαι, τὰς δὲ καρπάς & μόνον οὐρανόν, οὐρανόν, οὐλάς καὶ τὸ τῶν αἴλλων ζώων. αἴλλας καὶ τὸ τύγανον καὶ τὸ τοιόταν υστερον πέρασέν τὸς αἰτίας.

**Q**uibusdam enim flores & inodorati: folia vero & odorata. Quibusdam & diversò folia magis & magis, quæ tami: ut coronario generi. Quibusdam fructus, alijs neutrum. Aliis radix: aliis pars aliqua. Similis & saporis ratio est. # Alia etenim mandi queunt: # Quædam alia nequeunt, neque foliis neque fructibus. Peculiare esculentæ, præcipue, quod in tilia cernimus. Nam hujus folia prædulcia & plerisque animalium pabulo: fructus vero mandi à nullo potest. E contrario namque nil mirum: in fructi-ut folia non mandentur: fructus vero non tantum à bus; maxinobis, sed etiam ab aliis animalibus mandi possit. Sed mē illud hujus ceterorumque similius causas postea contem-tiliae pecu-plari conabimur.

## IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**H**oc capite agit de odoribus: deque eorum natura, qui sunt esculenti, aut non sunt. Est autem affectus secundum succum; quare minus commodè hoc caput à capite superiore disjungitur.

Τὸν μὲν βρατά, τὰ δὲ αἴσια, οὐρανόν, οὐρανόν, ιδεῖσθαι τὰ τῆς φιλούρες. Theodorus, Alia mandi queant,

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**E**ΝΙΩΝ. ) Alio videtur usus codice doctiss. Gaza, in quo scriptum fuit, εἶναι γδ̄ αἴσια τὰ ἄνθη. Falla & depravata hæc lectio. odoratarum plantarum flores inodori non sunt. Odore insigni laurus, thymus, lauendula, rosmarinus; attamen flos αἴσια, non est. Verte. Quibusdam flores magis odorati, quam folia. Nemo ignorat violæ, hyacinthique florem odoratiorem, quam folium, aut radicem.

**A**ΐσια. ) Experientia constat, rosmarini caules foliaque, item lavendulæ, & similiūm odorata, magis

alia nequeunt: neque foliis, neque fructibus pecu-liare, præcipue quod in tilia cernimus. Malè: nam per tiliam non declarat esculentum esse affectum indiffer-tem, tum fructui, tum folijs; sed sic dicamus: Quædam esculenta, quædam non, idque tam in folijs quam in fructibus: maximè illud Tilia peculiare.

quam flores. Vox αἴσια, vulgatam lectionem Græcam non esse corruptam, satis docet.

Τὸν δὲ οἱ καρποὶ. ) Hoc in multis arboribus observare licet. Magis odoratus coronei, pyri, mali fructus, quam folium, ramus, aut radix.

Αἱ ρίζαι. ) Radix iridis odorata; folium, caulis, flos odore carent.

Τὸν χυλοῦ. ) De sapore vide lib. sextum de caus. De tilia vide quæ lib. iii. hist. dicuntur.

## KEΦ. KA.

## CAP. XXI.

Florum genera &amp; differentiae.

**N**āū dīe ποτηρίεστω δήλον, ὅπικατη πάντη τὸ μέρη τοιείς εἰσι: Διαφοραὶ τολλαχῶς. ἐπεὶ οὐ τῶν αὐθῶν, τὰ μὲν εἴτε χνοώδη, καθάπερ τὸ τῆς αμπέλου, καὶ συκαινίγη, καὶ τὰ κιτίδη, τὰ δὲ Φυλλώδη, καθάπερ αμυγδάλης, μηλέας, απίσ, κεκκυμηλέας. η τὰ μὲν μέγεθος ὅστις τὸ ἡ τῆς ἑλαῖας Φυλλώδες οὐ, αμέρετες. ὁμοίας δὲ καὶ ἡ τῆς ἐπετείοις Επωδεσ, τὰ μὲν Φυλλώδη τὰ δὲ, χνοώδη, πάντων ἡ, τὰ μὲν δίζεα, τὰ δὲ μονόχεα. τὰ μὲν τῶν θένδρων τάχει πολλὰ τὸ μονόχεα καὶ λευκανθή. μόνον γέρων εἰπεῖν τὸ τῆς ροᾶς Φοινικῆν, Εαμυγδάλων πινῶν τὸ οὐρύζουν. ἀλλαζόντεν τὰν ημέρων τὸ τε αὐθῶδες, τὸ δίζεων, αλλαζόντεν τὰν αἰχίσιαν οἷον, τὸ τῆς ἑλάτης πρόκινον γέρων τὸ ποτηρίον αὐθοῦσα. η δέ της ἐπετείοις χεδον τάχει τοιείς τὰ καὶ δίζεα. Επιδιανθή. λέγω δὲ διανθής, οὐτεπερ αὐθοῦσα. η τῷ αὐθετεῖται κατὰ μέσον. ὀσπερ τὸ ρόδον, Επικράντιον οὐτοῦ η μέλισσα. η εἴτε η μονόφυλλα Φύεται, Διαφοραὶ γε φύεται μόνον τῶν τολλαχῶν. ὀσπερ τὸ τῆς ιασινῆς η γέρων τοκετημένη ταύτη ἡ τῷ αὐθετεῖται η Φύλλον ἐκεῖνην. οὐδὲ δέ τὰ κωνίστα τὸ καταμέρος, αλλαζόντεν τὰν ἄκρων διποφύσεις γεννώδεις. χεδον τὸ τῆς ἑλαῖας τοιερέν εἴται.

Vnc explatum illud habeamus: per omnes partes differentias plures vario modo t̄ exultare, t̄ reperiri. Nam & florū alij lanuginei; ut vitis, mori, hederæ: alij foliati; ut amygdalæ, mali, piri, pruni. Item alij grandes habentur. f Oleaginei vero foliati quidem, f olea. sed pusilli. Pari modo & in annuorum herbaceorumque genere, alij foliati, alij lanuginei. Cunctorum alij bicolores, alij unicolores. Ac arborum quidem plurimique uniformes, iisque candidi. Quippe cum tantum fere punicea phoeniceus, & quarundam amygdalarum subrufus exeat. Nulla inter urbanas alia est flore vel bicolore, vel pleno, sed siqua sit, sylvestris profecto est: ceu abies. Flos enim ejus croceus. Et illi, quos in mari externo rosas colore similes tradunt. At in annuorum ex majori pene parte tales exeunt, & bicolores & t̄ bini. Bini inquam, quod in flore alterum florem t̄duplices. insidentem medium gerunt: ut rosa, viola nigra, lilium. Nonnulli etiam folio uno emergunt; descriptiōnem tantum plurim ostendentes: ut flos jasione. In hoc enim haud quamam folium unumquodque discerit. Nec f conceptaculo pars infima eget: sed postrem in angulos exeunt. Oleæ quoque flos pene talis esse videtur.

† monosidē.  
Theod.Al.  
χαεις.  
Al. conce-  
ptaculo.

## IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

In conditè quidem tractat historiam hanc, ut sacerē monuimus. Florum enim naturam omisso repetit: minus quoque prudenter distulit post succos. η Διαφοραὶ τολλαχῶς. Plus significat, quam si dicat, τολλαχῶς. Hoc enim significat differentias differentiarum. Florem esse foliosum, differentia est: quippe quidam unico tantum constant folio, ut Iasion. At folia illa, grandia esse, aut parva, aut frequenzia, aut rara, aut surrecta, aut flaccida, aliud quiddam est; scilicet, η Διαφοραὶ τολλαχῶς. Notabimus brevitatem. η τὰ μὲν μικρά η η. Non dixit, η τὰν φυλλώδεν: neque, τὰ δὲ τοιείς: sed statim cum exemplo, τὰ δὲ τῆς ιασινῆς. Hoc est exemplum. Et cùm addit, φυλλώδες δὲ: est relatio ad genus, cui ponit differentiam. Theodorus ambitiosè, exultare. Εγειρεις, non est mathematicè. Omnia enim corpora habent magnitudinem, sed ex usu loquentium.

Miror δέ, η εἰπεῖν. Reclite addidit, η εἰπεῖν. Quia etiam aliorum sunt punicei, ut perfice; item malorum quarundam. Itaque male addidit, αλλαζόντεν τὸ ημέρων. Et cùm dicit, αἰδηδες, vult intelligere colorem floris, à quo album excludit: cùm tamen in arboribus hunc potissimum agnoscat. Mira loquitio, αἰδηδες, αἰδηδες. Theodorum vox hæc in angustias illius verbi conjecit, pleno. Nemo enim intelligat.

Διευθη. Theodorus, bini: non. Bina sunt, que paria. Bini equi bijuges. Diflores durum est, cum flos in sui medio

florem gerit, veluti rosa, & lily, crocea illa filamenta. Hoc notavit Theophrastus: verum sunt diversi flores. Illud non meminerat. Serotinas resas interdum è suo gremio rosellam alteram, eamque perfectam, tanquam sobolem parere, atque edere. Item flammula, sive Phlox, quam isti & ignorant, & vocant Caryophyllum, apud nostrates alterum, quasi filiolum suo in sinu, etiam herbaceis stipatum, mucronibus gerit. Patavini duplices vocant.

Tὸ τῆς ιασινῆς. A foliorum numero differentias aptabat: iccirco unifolium hunc ostendit. Immò vero, ut acutius sentias, nullifolium. Neque enim folium est, quod non est divisum. Et quia multi flores sunt ab imo pertusi: hunc etiam describit differentia: η τὸ τῆς ιασινῆς τὸ καταμέρος. Est enim τὸ καταμέρος, ut ita dicam, capedo. Nicander καταμέρα in Theriacis. Interpres, η τὸ τῆς ιασινῆς, τὸ καταμέρος. At ego à manu. Sic enim habes καταμέρα, captivam apud Sophoclem. Et καταμέρα, ministerium recitante Athenæo non semel, ut omnia hæc, quemadmodum in originibus dictum est, convenient minister à manu, pedisequa à pedibus, ancilla à cubito, anculari. Vnde ancilare, & exanclare, quasi non excubare, sive expedire. Non, ut Gracissant semper, exantlare, Plinius Iasionem in xxii. florem agnoscit: in xxii. ejus folium unicum, quasi herba tractat. Hoc ante nos à doctissimo Hermolao.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

Tὸ τῆς ιασινῆς, Iasionem Plinius etiam consilium vocat. Nihil aliud autem esse videtur, quam Dioscoris-

dis, η καταμέρα, smilax laevis, que & ab ipso Plinius convolvulus dicitur.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL

## NOTÆ ET COMMENTARIUS.

X<sup>Novæ.</sup>) Florum quædam genera ac differentias hoc capite tradit. Rectius muscosos, flores vitis, hederæque, quam lanuginosos, dixisset. Sane oleæ flores, si inter foliatos recenserit possint, cur inter eos hederæ vitesq; non numeret, causam video nullā.

Διευθη.) Flores alios bicolores, alios tricolores, inquit. In uno tulipæ flore non semel quatuor di-

versos observavi colores. Colorum in floribus maxima differentia, nec tot species colorum, quot in his spectantur, pictoribus cognitæ. Cum enim omnes species colligere ex floribus velle, pictores optimos adirem, qui cunctos exprimerent, nullum unquam, qui id præstaret, invenire potui. Ita natura in hisce superavit humanum ingenium.

*Ta πάρ τε οἰνόποιος μήτε πολλὰ μονόχοα.)* Nescio cur doctiss. Gaza μονού legerit. Fallum, arborum esse flores uniformes. Diversam figuram oleo flos à pyri flore ostendit; aliam formam habet malus, aliam laburnū; alia est mori floris idea, alia mespili; alia castaneæ. Verbo ut dicam, omnes ferè formā ostendunt diversam. Quæritur an omnium arborum flores unicoloris? *Ta πάλλα,* dixit Theophrastus; ergo non omnes. Arbutus flos scilicet constat racematum cohærentibus, concavis & albidis, subinde una parte purpurascens. Mali etiam vulgaris flores, ut plurimum ex albido & diluto, purpureo rubentes. Recte etiam *πάλλα λαύρι* dixit. *Lillach*, non raro arboris naturam cultu assumit, arborque evadit: flores fert racematum cohærentes, exiguo, dilute cæruleos, extenui oblongiore collo, in quatuor parvula, folia explicatos. Luteo colore est flos cornu, laburno, anagiridi; nitet cassia fistula five nigra eleganti purpureo flore: rubet arboris Iudæ, & mali punicæ flos: dilute purpureum fert florem persica malus, amygdalus; viridem morus.

*Διαστισ.*) Malè binum interpretantur. Binum propriè distributivi numeri vox; idem significans, quod duo per singula: sunt enim bina paria. Cicero iv. in Verrem. Describat censores binos, per singulas civitates Timarchidas; id est duos in singulis civitatibus. At hoc Græcis διαστισ, non denotat. Floris διαστισ, delineationem satis elegantē tradit Theophrastus. Exponit, quæ duplēm florem habent. Duplex, cuius duæ sunt partes. Virg. i. Æneid. Duplēm gemmis, auroque coronam. Per alteram floris partem intelligit, crocea illa filamenta, quæ in lilio rosaque conspicuntur.

*Εὐα οἱ μονόφυλλαι. ὀλωροὶ τὰ τῆς λασιών.* Plin. lib. xxv. cap. xvii. Iasionem unum folium habet; sed ita implicatum ut plura videantur. Idem lib. xx. cap. xxii. Iasionem olus sylvestre habetur, in terra repens, cum lacte multo, florem fert candidum concilium vocant. Et hujus eadem commenatio ad stimulandos coitus. Crudi ex aceo in cibo sumpta mulieribus lactis ubertatem præstat. In terra repere ait. scilicet, si non habeat, in quod se convolvat, ac ascendet. Iasionem enim Theophrastus lib. ix. de caus. cap. xxv. (ubi corrupte αἰσιν legitur; maleque corrigunt αἰσιν, ut post dicam) inter plantas recenset quæ humi repunt, nisi prope arbores proveniant, in quas scandant. Sequitur apud Plinius; cum lacte multo florem fert. Non vult Plinius fundere lac, si latenter aut incidatur, sed florem habere candidissimum, quæ cum lacte, niveque certare possit. Iasionem hanc, Poëta ligustrum, à ligando, vocarunt; quod circum arbores, aliasque omnes res fœse liget, easque amplectatur, non secus ac hedera. Ligustrum Poëta albissimum & abjectissimum scribunt florem. Virg. Eclog. ii.

*Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.*

Martialis ad Procœlum:

*Quædam me cupit invide Procille  
Tota candidior puella cygno,  
Argento, nive, lilio, ligistro.*

Pontanus:

*Candida nec niveis cessura ligustra pruinata.*

Botanicorum communis est tententia, ligustrum poëtarum, κύπρος Græcorum esse. Interpretes omnes κύπρος ligustrum vertunt. Aliud tamen vulgare est ligustrum, cuius in opere topiario usus plurimus. Diosc. cyprum lib. i. cap. cxxiv. optimum in Ascalone & Canopo provenire docet Ægypti urbibus teste Suida, & Stephano. Ligustrum vulgare, si Prospero Alpino medico, botanicoque satis celebri & docto fides, in tota Ægypti regione non reperitur. Nec moror Plinius, qui lib. xxv. cap. x. scribit: *Ligustrum eadem arbor quæ in Ægypto cypris.* Pluris autopiam Alpini facio, quam auctoritatem Plinij. Evidem pluris est testis oculatus unus, quam auriti decem. Plinius nihil scribit, quod non ex aliorum codicibus collegit. Alio argumento probo ligustrum vulgare non esse cyprum. De cypro Dioscorides loc. citat. *Ζαρδίζει οἱ κύπροι τεῖχος σραδίς χυλοί, τὰ φύλακα λίτια βρυχίτην καὶ γέγειδίνην.*

Ruffant & capillos trita & unita folia, quæ in struthi succo maduerunt. Ex cypri foliis Ægyptij pulverem conficiunt (archenda appellant) quo mulieres utuntur ornatus gratia, manus, pedes, capillos, aureo colore tingentes. Si quis hoc experiri velit, vulgaris ligustri foliorum pulvere, oleam & operam perdet, votoque suo frustrabitur. Negare tamen nolim, vulgare ligustrum cypri speciem quandam esse: sed de hac quæstione alibi plenius. Neutrū, tam vulgare, quam Ægyptium, poëtarum est ligustrum. Probatu id non difficile. Cypri flos albus quidem; minimè tamen candidissimus, nec abjectus, sed à plurimis in coronis receptus. Plutarchus lib. tertio sympos. cap. x. ubi docet quædam coronis inferiad capitinis gravitatem depellendam. *Τὸ δὲ τοῦ ποντοῦ κύπρος, καὶ ὁ κρόκος, καὶ ἡ βακτριανή, οὐ ποτὲ ἀποτελεῖ τὰ πικροτάτα. ἔχει δὲ διπλόλοις λεῖου, καὶ εργολοῦ, ἐτὰς τοῖς τὸ σύμπλατον μεθυσκομένων αἴρουσσας, καὶ τραχύτατα ποντική θεραπεύουσα, οὐτε ποντικίνας ταχέως ἀμελεῖντες. καὶ σωκρατίσσιμα τὸ κερατίνιον.* Cyperi flos, crocus, as baccaris ad placidam quietem seu somnum ebrios perducunt. Expirant enim lenem auram, ac blandum odoris effluvium, quo in temulentorum corporibus inæqualitates obortæ, asperitudinesque sensim dissipentur, atque sic exterrantur, ut conciliata tranquillitate, crapula retundatur, & excoquatur. Aliud majoris ponderis adseram argumentum. Nicander in Georgicis cuius versus recitat Athenæus lib. xv. deipnosophistæ, inter coronarios flores numerat κύπροι:

*Κύπροι τη στοματικα, δέσποτε καὶ οἶκοι.  
Αὐτοσικούς ποντίους πότες αντίρρυτοι λειψάν.*

Kάλλα.

*Quin & cypris & sisymbrium, & quotquot & quales-  
cunque,  
Minime satis affluente potu pratum educant venustos  
flores.*

Versus primus, nec non secundus, corruptus. Lege cum doctiss. Causabono, κύπρος, κύπρος τη στοματικα ἕστε το καὶ οἶκοι. Alterum etiam corrigit, & Icribe, αὐτορις ταυματοισ (vel ταυματοισ; nam ταυτις, & ταυτις, pro φαινούσισ παραπλανητικούσισ) τόποις ἀτερψήστοις λίμναις. τοποι ταυματοισ, locis irriguis, & per quæ aqua fluit: in coronis ergo habet cyprus locum. Ligustrum vulgare, florem quidem habet album; sed neutiquam albissimum, qui cum nive certare possit. Nec coronis est ineptus: albus enim, rameosus, odoratusque est. Hoc ligustrum Columella lib. x. ad differentiam alterius, poëtarum scilicet, nigrum vocat; quod folia ex virore ad nigredinem vergant: five quod viridiasint, cum grato quodam virore. Inter coronarios idem recenset flores.

*Et tu, ne Corydonis opes despernat Alexis,*

*Formoso Naij's puero, formosior ipsa,*

*Fer calathis violam: & nigro permista ligastro.*

*Balsama, cum cassia noctens, croceosque corymbos.*

Poëtarum ligustrum dico iασιώνιον, live στριῶν λεῖου Dioscoridis. vulgo majorem convolvulum vocant. Hujus flos omnium plantarum flores albedine vincent. Hic nive, cygno, aliaque re quacunque, albidiōr, abjectissimus in super & vilissimus, qui que ab omnibus rejicitur, & ex hortis agrisque tanquam noxia & pestilens herba expellitur: ineptus etiam coronis. Etenim decerpitus statim fit flacidus, pristinumque nitorem albedinemque, qua omnes facilè superebat, amittit, ac fit decolor. Convolvulum majorem jasionem esse, probare non est operosum. Negari non potest, arbores scandere, siisque sese convolvere: (hinc Belgis Winden / à ligando, scilicet & volvendo, proximaque omnia vinciendo, dicitur: ) si vero nihil habeat, reperiatur, quo scandat, humili reperit. Flos unico constat folio, sed ut recte observavit Plinius, ita implicato, ut plura videantur; diligentius tamen examinanti, & insipienti, appareat, unico & singulari folio esse: quod vel in paucis, immo nullâ hactenus aliâ observavi plantâ. Flores habet candidos, copiosos, rotundos, calathi effigie, colore candidissimos, & lilia emulantes, unico, ut dixi duntaxat, folio constantes.

Convolvulus, an Smilax laevis? Iasione.



Convolvulum hunc doctissimi botanici *σμιλακάς λείας* smilacem laevem Dioscoridis esse volunt, (smilacis plura genera, variæq; plantæ hoc nomine donatae; de quibus vide, quæ lib. v. i. annotata sunt.) Dioscor. lib. i. v. cap. cxiv. Smilax laevis, omnia plantæ tâ φύδα ἔχει, μαλακότερο δὲ καὶ λεπτότερο καὶ λεπτότερο (vet. λεπτότερο). τὰ δὲ πλήνατα ἀπότην εἰσὶ αὐτοῖς, ἀναθετοῦσι ἔχοντες εἰδοτες τὸν θέλαντα διάφορον (vetus ἐπίστροφος) καρπὸν δὲ ἔχει ἄντερ θεραπείαν, μικρὸν ἀν δὲ ἐπίστροφον ἔχοντες λεπτότερο, πολλὰ καὶ πολὺ στὸν σμιλακό. καὶ σφέρην καὶ σωματὸν δὲ αὐτοῖς γνωστού τοῦ θεραπείαν φύσιοι δὲ τῷ φύσιον τούτῳ. Smilax laevis folia habet hederaceæ, sed moliora, laeviora, tenuioraque, itemque flagella, æque ac prior (aspera) at nullis spinis horrida; quibus tamen haud secus ac illa arbores scandit, ut sese circumvolvens: semen vero gerit ceu lupini, nigrum, exiguum; supra quod flores perpetui visuntur candidi, undique numerosi & orbiculati: Ex hac porro smilace per æstatem topiari operi umbracula facilitantur, ac folia per autumnum anisit. Convolvulus major viticulosis ac tarmenosis caulinis, longis, ac tenuibus, sursum ac deorsum arboribus, fruticibus, viciisque sepimentis obvolvit, circumligaturque. Folio est lato, hederaceo, sed molliore, laevigationeque. Flores, quales dixi. Semen angulosum sordido colore nigricans, capitulo ex tenuibus membranis continetur. Radices longæ, crassioribus circis similes, intus candidores, hac illac per obliquum, infra terram ramenta superficiem seruntur. Reperitur passim circa fruteta & sepes, mirum in modum (ut Plinius lib. xx. v. cap. x. scribit) Culta amat, & in his gignitur, quæ semel comprehendit loca agerrimè deserit; adeo pertinac-

K E Φ. K B.

*Qalis florescens vitis, olea, rosa; mali medicæ & puniceæ flos.*

Ιαφέοις δὲ κατὰ τὴν ἔκφυσιν ή Θέου. τὰ μὲν χαρέχει τεῖς αὐτὴν τὴν καρπὸν· οἷον ἀμπελος, ἐλαιαίς ής καὶ Διαπίποντα Διαπιπηγμάτα Φαινεταί, Εἴ τοι οημεῖον λαμβάνοντο, εἰ καλώς ἀπλύτηκεν. εἰσὶ χαρέ συγκαθή ή Βρεχθή, οιωνοτελέστερην καρπὸν, καὶ τετραδρόμον γίνεται. χειδὸν δὲ τὰ πολλὰ τὸ μέσω τοῦ σθενάρποντον ἔχει. ταχα δὲ καὶ ἐπ' αὐτοῖς τὰ σθενάρπια καρπούρα, μηλέα, τάγη, κακοκυμηλέα, μύρρινα. καὶ τῶν τε Φρυγανικῶν ροδωνά. καὶ τὰ πολλὰ τῶν σερανωπικῶν κατὰ χαρέ τὸν αὐτὸν έχει τὰ στεγματα. Φανερά τεντον δὲ ὅπῃ

ei vita radices sunt. Unum, alterumve obstare videatur, quominus convolvulus, smilax. Ac primum quod Dioscorides ait: *αὐτὸν οὐτινα ἔχοντα ἄρην*. Atqui convoluli flores non perpetuo visuntur. Respondeo, non esse mentem Dioscoridis, omni anni tempore floribus onustam hanc esse plantam; sed quando floret, in summa plantæ parte flores conspicit, nunquam in infima. Vel dic, florere semper, dum viret, vigetque; id est tota æstate, ad autumnum usque. Altera difficultas, quod Dioscorides tradat semen *ἄντερ θεραπείαν*. Semen gerit ceu lupini nigrum. At convolvuli semen angulosum, lupini compressum, rotundum. Corruptum codicem arbitrantur. Quare suspicatur Pena, pro *λίππα* legendum esse in Dioscoride, *λίππα*, nomen ex Latino Graecum factum. Suspicionem, inquit, augent verba sequentia, quæ neutiquam scitē coherent, semen veluti lupini, parvum & nigrum: at semen lupini nec parvum nec nigrum. Quasi non possit semen aliquod comparari lupino, quod illi sit forma simile, & tamen minus, & nigrum: quod si æquale, & eodem colore foret, simpliciter *λίππα*, id est lupino, Dioscoridisset. Sed quid *λίππα* significat? Barbara vox est, quæ in Graecorū lexicis non extat. Puto hanc viri doctiss. opinionem esse, Dioscoridem scriptisse, *λίππα*, & sciolum quandam ad oram scriptisse, *λιππόν*, Latini *lippe* vocant. *λιππόν* autem illud receptum in textum. Orobi semen aracho majus, æthiopidis, dorycnij, ac lithospermi simile. Lithospermī rotundum quidem, sed non si ε angulo, ut nec smilacis majoris. Malunt alij legere, *καρπὸν ἔχει τὸν θυλακόν, μέλανα, μικρόν*. fructum habet folliculo inclusum, parvum, nigrum. Lugdunensis (quem Dalecampiū, doctiores putant) restituit *τριταριπτόν*; id est, *septo*, *claustrō circumdatum*. Hæc sane opinio neutiquam displaceat, priores tamen non rejicio. Sed videndum, annon vulgata lectio servari posuit. Lupinorum genera multa. duo tamen præcipua, sativum & sylvestre; cum sativo comparari non potest. Semen enim profert, quale jam dictum: *sylvestrium plura sunt genera, cui semen rotundum, neutiquam planū, sed aliquo modo angulosum*. Sed nihil impedit dicere Dioscoridem, Lupino sylvestri comparasse semen smilacis laevis. Et sane ut ante nos observavit maximæ auctoritatis botanicus Remb. Dodonæus, exiguis sylvestribus lupinis propinquum simile est. Videtur convolvulus hic, imo est, *μαλακόν*. Damocratis apud Cassian. Bassum lib. ii cap. v. *Μαλακόν* (in altera palat. *μαλάκιον*) διαισιόν εἰσι καρποί. επιπλὸν δὲ εἰσ τὸν φύλακον ἐν τῷ κανδήῳ, *επιπλεκόμενοι* εἰσὶ τὸ τύχην, *ἀλεπότον* μὲν οὐλακόδεια εἰσὶ βαρεῖσιν. Μαλακόν δὲ μαλακόν εἰσ τὸν φύλακον, *μαλακότον*. *μαλακότον* τὸν φύλακον τὸν τόπον. Malacocissos simili est hederæ. mollibus est prædictus folijs, & caulinculo se circumPLICANS, quicquid tandem contigerit, nam se ipsum ferre non potest. Nascitur maxime in arundinaria excisis, & terreis locis. Convolvulus hederæ similis est, mollia habet folia, nec sese erigere potest, verum circumPLICAT e plantis, lignis, alijsque rebus, in arundinetis & ter. eis reperitur.

*χαρέ.* In Bas & Ald. cod. scribitur *χαρές*: ex auctoritate doctiss. Roberti Constantini *χαρές* restituerunt. *χαρέον*, vel ut apud Ald. legitur *χαρέον*, conceptaculum vertit Gaza. *χαρέον*, fundus, tractus, spatium. Vult Theophrastus Iasionis florem, qui calath. figura est, in angustum adeo terminari, ut nullo vel exiguo admodum spatio indigeat, quo contineatur.

C A P. XXII.

Differunt etiam ortu & positu. Alia namque florem circa fructum ipsum producunt: ut vitis, olea; cuius prostrati floruli perforati spectantur: idque argumento capitur probe arbore defloruisse. Nā si exaruerint aut madefacti fuerint, una cū fructibus defluent: atque ita nullatenus perforabuntur. Major fere pars fructuum integumentū in medio floris tenet. Sed non defunt, quæ vel super fructuum integumentū florē insidente emitant: ut punica, malus, *t* amerina, prunus, myrtus. Et in fruticū genere, rosa majorq; pars coronariorum. Semen enim sub floribus habent. Sed conspicuum ut in rosa: quia extuberat. Nonnulla etiam cū feminibus ipsis flores edunt: ut *t* veneria, cnicum: atq; omnia quæ florem *t* acoris, *t* folio

τῇ φόδε Διέτον ὅγκον. ἔνια δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ σφρί-  
τεων ὁ πατέρας ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ὁ τὸν οὐκεῖται, οὐκ πάλιν τὸ  
αὐθόδην· καθ' ἕκαστον γέρε όχει τὸ αὐθόδην. οὐραῖς δὲ  
καὶ τῶν ποωδῶν ἔνια, καθάπερ τὸ αὐθέμιον. ἐν δὲ τοις  
λαχανηροῖς τὸν πατέρα τοῦ τῶν ἀνδρῶν ἔχει. οὐκ πατέρα  
σικύας. πάντα γέρε Δῆτε τῶν ἀνδρῶν γέροντον. ἀλλα  
δὲ ιδιωτέρως, οἷον ὁ κιτίος, καὶ ἡ συκάμινος. ἐν αὐτοῖς  
μὲν γέρε όχει τοῖς ὅλοις πελεοκαρποῖς. εἰ μὲν γέρε  
ἄνθρωπος εἴ τε πελειληφόστις καθ' ἕκαστον· αὐτὸν δὲ τοῖς  
ἀνάμεσον· εἰ μὴ αὔρα τὸ πονηρόλας Διέτο τὸ χνοῶδες.  
ἔτι δὲ καὶ αὐτᾶς τῶν αὐθῶν ἔνια, καθάπερ Δῆτε τῶν  
σικύων, αἱ σκηνές ἄνθρωποι φύεται τὰ κλήματα. διὸ καὶ  
αὐτοῖς πατέρων αὐτές. πωλεῖν γέρε τὰ τοικύα βλάσπη-  
σιν. Φασὶ δὲ καὶ τῆς μηλέας τῆς Μηδικῆς, ὅσα μηλά  
ἔχει τῶν αὐθῶν, ὡσπερ ἡ λακατίλια τινὰ πεφυκῆσαι.  
“ ὃκ μέστος, εἶναι γόνιμα· οὐσα δὲ μὴ ἔχει, πιὼτ' αὐτο-  
να. εἰ δὲ καὶ ἐπ' ἄλλα πινός πιὼτα συμβαίνει τὸ αὐ-  
τοφέρων, τὸ ὁστεόγρωνον αὐθόδην φύειν, εἴτε κεχω-  
ρευτικόν εἴτε μὴ, σκεπτίσον. ἐπεὶ γάρ τοι εἴναι καὶ αἱ μη-  
πέλεις καὶ ροάς τὸ αὐθόδην πελεοκαρπεῖν. αὐτὸς  
“ μὴ μέχεται τὸ αὐθόδης ηγέρεσις. γένεται δὲ καὶ τό-  
τε τῆς ροάς αὐθόδην πολὺ καὶ πυκνόν. τὸ καὶ ὄλοδη  
ὅγκον τολαίης, ὡσπερ ὁ τὸ ροῶν κατέταχεν δὲ σε-  
πᾶτερος δι' εἰς τὸν μικρὸν ὡσπερ ἐκτετραμμένος  
πελεοκαρπεῖν. Κύπινος ἔχων τὸ αὐτὸν χειλάδην. Φασὶ δὲ τινες καὶ  
“ λεγε μηλόν. τῶν ὁμοιογρυπῶν, τὰ μηλά αὐθέντιν, τὰ διέξει. καθάπερ τὸ  
τοῦ οὐλοῦ· οὐλοῦ αὐθέντιν, αὐτὸν εὐθὺς παραφαίνειν τὸν καρπού. τὰ μηλά γέ-  
ρε ροάν κατατάσσουν τῷ γήρεις τοιαύτην τῶν Διέφορον ἔχει, καθάπερ  
τὸ δι' ἑτερούς ὅσα μὴ διώναται πελεοκαρπεῖν. ηδὲ τὸ αὐ-  
τούριον θερετικόν φύεις ὅπι τολείεταις ἔχει Διέφορος, Φανερὸν δὲ  
επιτετραμμένος  
κότονος ἔχουν τὰ αὐτὰ μυκώδη. λεγε ἀνατενεῖ οὐλοῦ ὁ ὅγκος πλακτός, ὁ πατέρας ὁ τοῦ  
αὐτοῦ κατελαθῆ. νεν τὸ αὐτὸν μυκώδες.

† folio numeroso producunt. Singulis enim semini-  
bus singulos flores annexos gerunt. Simili modo &  
herbaceorum nonnulla : ut † gith. Et in olerum ge-  
nere , " pepo , cucurbita , cucumis. Quippe omnibus  
flos in postremo fructus : & crescentibus fructibus flos  
diu infixus servatur. Alia secus modo quodam pecu-  
liari : ceu edera, morus : etenim florem hæc in totis  
fructuum integumentis habent. Sed neque postremis  
insidentem, neque in singulas partes ambientem , sed in  
mediis inculcatum : nisi forte † concerni nequeat  
propter lanuginem. Sunt & simplices quidam flores;  
ceu cucumerum. Qui postremis fermentorum emer-  
gunt. Ob id eos auferunt. Cucumeris enim prohibent  
incrementum. Inter flores mali Medicæ , qui velut in  
colum quandam erectam in medio habent , fœcundos  
hos fore affirmant : qui vero non habent ; hos fore  
infœcundos. An vero aliis quoque floriferis eveniat,  
ut florem sterilem gignant , sive separatum sive non  
separatum ; prætermitti non debet. Etenim genus  
quoddam & vitis & puniceæ fructum perficere nequit,  
sed ad florem usque generatio tantum pervenit. Flos  
quoque puniceæ † copiosus creberque est. Denique  
amplitudinem sui quodammodo pomi æmulatur. Pa-  
rum se subtus attollens colligit ; & ambitu congruo  
sinuatim reddit. Plantarum , quibus genus commune,  
alias florere , alias nullo flore exhilarari quidam affir-  
mant : ut palmarum marem florere , fœminam  
minime ; sed protinus fructum promere. Igitur  
quæ genus idem fortuntur , id differentia obtainent.  
Sicuti & omnia quæ fructum perficere nequeunt.  
Floris naturam plerasque differentias habere , satis  
his liquet.

*sus in summo labijs multi: præditus, yel si Ald. placet sequi le&t. verte,  
in summa vacuum habens recessum.*

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**D**ιαφέρει οὐκεὶ κατὰ τὸν ἔκφυσιν, καθὲ διοῖν. Non erat  
hæc pars tanquam diversum caput à superiore separa-  
randa. Adhuc enim flores tractat. Quod si eorum  
differentiae efficiant, ut seorsum diversa capita digerantur :  
τὸ φυλλῶδες, erit unum; τὸ ριζῶμα, unum; ὁ ἔκφυσις, unum;  
ἡ διοίη, unum; τὸ γόνωμα, unum. Itaque commodius hujus  
capitis hæc sunt differentiae. Sane unum esse queat caput ad  
ea usque verba quæ ita sunt. ή οὐ τε ἀδύτη φύσις, ὅπ πλειστος ἔχει  
Διαδοσίας. Φανερὸς εἰκὸνεις περισσάτερον.

*Ανθερος. At desinant novarum rerum studiosi esse, qui  
inter ceteros errores, acorum galangam statuunt: neque  
enim pro exemplo Galangam poneret Theophrastus: in  
tota namque Europa nullum. Tamen in Provincia vide-  
tur esse.*

*Habent etiam Theodorus, omniaque florem folio  
numero producunt. Non tam folium numerosum,  
quam florem frequentem dicere voluit Theophrastus. Est  
enim in Cartamo, & Cinaris, & alijs Carduis florum  
quasi sylva.*

*Kαρπέ τὸ ἀδίπιον.* Theodorus; Gith. *Ego puto esse cha-  
mælum.* Anthemis enim etiam alicubi dicitur: ac sanè  
in capitulo flosculos stipatos gerit. Gith autem in vaseculo  
semina: non igitur singula singulos flores edunt.

E'is tuis λαχανογισ. Continuat eorum exempla, quae in summo habent. ὡ πρότικῳ. Theodorus legit ταῦτα σινοὶ; recte.

Eiūn ἀρχεὶς σωτηρίας διῆγε τὸ Χρονῖδες. Theodorus, concerni nequeunt. Nemo unquam latinorum sic loquutus est: ut concernere dixerit pro eo, quod est confiscare.

*E' si d' e' r'g' d'w'la'. Hac' tenu' s' a' situ' & modo prodeundt : nunc a' constitutione & fine. Sunt, inquit, Flores quidam simplices. Quare dicantur simplices, perspicientum est. Ita verò videntur esse, e' quibus prodit fructus nullus. Quare citiorum quoque flores steriles. Simplices dicitur d' r'v'one,*

*composita. Ratio: quippe in medio tanquam colum gerunt. Illud animadvertisendum, in cucumere, cucurbita, pepone, & alijs, non differre, vel simplicitate, vel compositione, sterilem florem à genitali. Quod si ita est, errat Theophrastus, qui compositos dicat in Citrijs eos, qui gerant colum: steriles & simplices, qui non gerant. Incucurbita cum diversa facies non sit, communem tamen assignat naturam. Alter error: non enim in genere cucurbitæ, vel cucumeris, vel aliorum ejusmodi soli steriles, ἐν τῇ ἄγρῳ τῷ κληρούματος φύουσι. An, ut foveamus benemeriti viri nomen, quoad fieri potest, simplices dicemus eos, qui calore genitali destituti sunt.*

*Lege sic, ὅτε ἔργον αὐτῷ φίλον εἴτε κακόσπινον, εἴτε μὲν  
οὐκέτιον. Ναμ arbores penè universas flore rectas videmus  
aliquo : at non ex omnibus prodire fructum. Illud κακό-  
εσπίνον, separatum intellige, non loco : sed ut solet ipse  
loqui, segregatum à natura floris. Quippe fistulos est properet  
fructum, & ille non fert fructum : non erit flos. Συντιον,  
Theodorus, prætermitti non debet, inanis loquutio.  
Neque enim dicam: Non prætermittam, an sis consul. Cùm  
ait: εἰ τὸ μὲν, ita ut non sit segregatum à natura, sed impedi-  
tum tantum.*

Επί της θύελλας οὐκέτι εἴπεις, καὶ ρόεις, ἀδιάνυτος εἰ τελεοκαρπῖ.  
ἄλλα μὲν μετέπειτα ἄνθεις ηθοσίς. Etenim quoddam vitis  
genus, & quoddam item Pucicæ fructum perficere  
nequit. Nobis ex natura rerum ignota sunt genera hec:  
ex locis non ignota. Lectionem difficultem & asperam agno-  
scimus. Μόνῳ ἀδιάνυτος εἰ τελεοκαρπῖ. Alius diceret: ἀδιάνυτος  
τελεοκαρπῖ. & legemus, οὐχί μόν.

*Flores quoque Punicae copiosus, & creber est. Non est hic locus Punicae florem declarandi, sed hunc florem: quia non resiliuntur, & densitate, & latitudine fructum imitatur. Sic enim malo dicere, πυκνός, densum hic, quam crebrum, ut Theodorus. Nam satis habebat, τὸ πολὺ*

Hoc autem τὸ μλν, videtur allatum à Theophrasto, quasi pro causa: quia propter multitudinem perfici nequeat. Sic igitur habebis proportionem fructus, tanquam abortivi. Item illa, Εὸς ὁ ἔγνωστος θεόφραστος, Theodorus simpliciter nimis, amplitudine. Omisit enim τὸ θλαθέν. Quæ sequuntur verba valde corrupta sunt. Sic tamen legemus: καὶ τοὺς δὲ οἱ ὄγκοι, διὰ τῶν μηκούς, πάντας ἀπέταξαμενούς καὶ τὸ ἔχον τὰ αὐτὰ

**μυχάδη.** Inferiori parte globosi sunt, à quibus paucis per quæsi inversus Cytinus habet in summo intus vacuos recessus. Videbis Theodorum omissose τὸ ἔκπτερον μέρος, & κύτον. Inversionem illam, labiorum intelligas, quæ a cuppasse pandunt.

Φασὶ δὲ. Ήαc differentia est, ἡρά τὸ ἔχειν, οὐ μή. Εἰ pertinet ως τῷ ἔκφυσι.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

**A**'Νδριμον. Recitè legitur: idemq; quod ἀνδριμον (quam herbam describit lib. vii. cap. xiiii.) sive ἀνδρίμις Dioscoridi, & Chamæmelon Plinio: corruptè camomillam vocant.  
**Twy καλαμάτων.** Nota καλαμα, etiam dici de cucumere:

*flagella dicit Plinius: viticulas Palladius. Ita in Martie Aliqui florem cucumeris cum viticulae lute capire cannæ inferunt.*

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIJS

**A** Ianthea quæ perforata. ) Perforati spectantur. Non vult tingula folia perforata esse, sed in medio floris foramen quoddam esse relicturn : sicutum tum decidisse florem, non autem fructus rudimentum, quod foliola, quæ florem constituunt, cingebant.

cedit, quod julus sive acori flos, priapum, vel nixentula mentiatur.

De anthemoi vide cap. ix. lib. vii.  
Kαὶ ἔλα. )Eleganter mali punicae florem describit:  
sed corruptus & depravatus codex. In Ald. & Baf.  
legitur καὶ ὁ ἔλα. οὐ δέ τις πάτερ ὁ τοῦ ἑων. πότερον οὐδὲ  
πάτερ, \* διὰ τὸ μηδὲν πάτερ εἰπεῖσθαι πότερον ἐχει τὸν αὐτὸν  
μυχάδην. Vertunt: Denique amplitudinem sui pomi quodam-  
modo emulatur, parum sc̄e subtilis attollens colligit, & ambitus  
congruo sinuatim reddit. Quid velint nescio; nihil tale  
in Græco codice. Magni Sealigeri lectio non pla-  
ceret, quod superiore parte, non inferiore globosus sit  
punicae flos, ut addita figura, & ad vivum expressa,  
ostendit. Lego, πάτερ ὁ ἔλα. πάτερ, πάτερ ὁ τοῦ  
ρόδων, πότερον οὐδὲ πάτερ, διὰ τὸ μηδὲν πάτερ εἰπεῖσθαι πότερον  
κύπετο, ἐχει τὸν αὐτὸν μυχάδην. Superiore parte totus latus  
est, ad instar rose, inferiore angustior, a qua paulisper cyr-  
nus expansus, in summo labijs praeditus. Vel τὰ τὰ μυχάδες  
ut in Ald. legitur codice, in summo vacuum habens re-  
cessum, unum enim habet, non plures. Utriusque punicae  
domesticæ, & sylvestris flos, maximè tamen  
sylvestris, rosam emulatur: pars infima in angustum  
mutatur, uti tabella exprimit.

Balaustium punicæ sylvestris flos,



*Rodond.*) Ex hoc loco facile colligi potest *rodond.*, non esse rhododendrum, sed rosam. In rosæ fructu talis conspicitur flos, rhododendrum tale nihil habet.

A<sup>egypt.</sup>) Hic locus satis ostendit  $\alpha\pi\varphi\varphi\gamma$ , non esse galangam. Nam pro exemplo, ut recte monet Scaliger, non poneret Theophrastus. Sed jam evanuit illa opinio. Notum satis galangam cum acori descriptione, quam Diosc. lib. I. cap. II. tradit, non convenire. Rubet galangæ radix, albicat acori : hujus radix iridi similis, galangæ nullam formam iridis præ se fert. Hæc opinio validissimis argumentis à botanicis, maximè Mathiolo Senensi viro eruditissimo, refutata est. Idem firmis satis rationibus demonstrat, acorum non esse calatum aromaticum. Calamus aromaticus ex arundinum genere est, acorum nihil arundinei habet. Nec acorū assulosè frangitur, quod de calamo tradunt veteres. Vide lib. IX. cap. VII. ubi aromatum historiam tractat Theophrastus. Gaza  $\alpha\pi\varphi\varphi$ , veneriam vertit. Auctuarij auctor,  $\alpha\pi\varphi\varphi\text{ id }\chi\varphi\varphi\text{ } \alpha\varphi\varphi\delta\sigma\varsigma$ ,  $\text{P}^{\text{m}}\text{a}\text{c}\text{i}\text{o}\text{s}$   $\beta\pi\pi\varphi\pi\alpha$ . Malo tamen Græcam servare vocem, quod hodie nemo acorum, eo nominè noscat. Errandi occasionem præbuit Amato Lusitano Auctuarij auctoris locus citatus. Ex eo enim argumentum sumpliit, quo probare conatur, galangam esse acorum. Acorus, inquit,  $\alpha\varphi\varphi\delta\sigma\varsigma$  Græcis dicitur, quod valet ad venerem : galanga venerem promovet : ergo est acorus. Pulchrum, si modo vim haberet, argumentum. Speciatum admissi-  
risum teneatis amici. Quid magis ad venerem conducit, quam satyrium ? excitat ad venerem tardos eruca maritos. Ergone satyrium, & eruca veterum, erunt acorus ? Sed nemo veterum, acorum utile ad venera tradidit. Non tamen inficias eo, hac facultate polle-re. Contrarium credo. Dicit quis. Cur igitur  $\alpha\varphi\varphi\delta\sigma\varsigma$ , venere àque nomen illi impositum ? Crediderim ob amoenitatem, odorisque suavitatem. Ean-dem enim ob causam thymo, styraci, myrto aliisque odoratis plantis veneræ nomina dederunt. Ac-

Inquirendum; quid hoc loco κύμα. Dioscoridis flo-  
domesticæ puniceæ, lib. I. cap. CL. τὰ ὅλα ἀργάνταν οἱ  
κύπειοι μελοδοτεις καὶ αὐτὴν ευτηκό. Hujus flores, qui etiam cy-  
tinii vocantur, οἱ ipsi quoque adstringunt. Idem cap. c LIV.  
Βαλανέσιον ισιν ἀρχή οὔρειαν φοῖς; έποικης οἵ τις κυτινῶν φοῖς.  
Balaustium sylvestris punica flos; domesticata mali punicea  
cytino, id est flori, similis est. Idem Galen. lib. vi. simpl.  
Βαλανέσιον ἀρχή οὔρειαν φοῖς εἰσπορε τὸν ιητίων οἱ κύπειοι. At  
vero idem libro VII. cap. I. κατὰ τόπους, longè quid  
aliud cytimum esse, ait: Οὐορμάζονται οἵ ξενος κύπειοι  
οἱ περιφέρειοι φοῖαι. καθ' οὐ γάρ ζεύσοντο ποιεῖσθαι τὸ οὔρειον,  
οἱ καρπῶν αὐτῆς φαινεται σκηνητεπώμα. οἱς idias φοῖς. Nominan-  
tur autem sic primo genita punica, quo tempore enim arbor  
florere definit, ejus fructus figuratus appetat, in speciem punici  
mali. Eadem Nicandri sententia circa finem in  
Alexiph.

Πολλάκι σίδης,  
Πρεστάζενον κόπτισσο πόργιας αἰνέθιμον καρπών

*Punicceque novos granati collige fructus.*  
Ad hunc locum Scholia stes; κύνης δὲ τὸ ἄρδε τοῖς πόλοις  
οὐπέ αὐτοῦ ποιά γίγνεται. Cytinus flos punicæ, sed adultus;  
nempe cum pomum nascitur. Ex hujus auctoritate  
Dioscorides, Galenusque conciliari possunt; si di-  
camus κύνης mali punicæ florem, sed florere desinen-  
tem; cum fructus scilicet rudimentum apparer. Et

hæc Plinij sententia lib. xxxii. cap. vi. Primus pomum partus florere desinentis (ineptè vulgo incipientis legitur) cytinus vocatur. Helych. ιξωθμαλος φροντιον vocat. κυνιον την ροιαν την απογειαν ιξωθμαλον : prima levis punica eruptio. Exanthemata, propriè efflorescentiae, vel papulae, id est eruptiones leves humor per cutem. Ad harum imitationem, κυνιον, ιξωθμαλον dixit. Celsus lib. v. in emplastro quod rhypodes dicitur, cytinos, capitula mali punici, latinè appellavit. Sed ab his diversa Theophrasti sententia. Huic cytinus est, quod in rosis, aliis floribus, calyx appellatur; involucrum nimirum, quo dehiscente, flos in sua folia se pandit; sive quo flos primum continetur, deinde mox foetus clauditur. Quod ex lib. i. de caus. cap. xvii. facile colligi potest. Αλλα την ενταν την αγρων, ουτοι μετα την σωματικην θρησκαιοφαιρειαν γινεται, κραδηπε την την ροιαν εν την ποδιον. Poltrema verba interpres omisit: Quin etiam, inquit, florum ipsorum, qui mole aliqua corporis emergunt, serius se ostendunt, ut punicea flos; in cytino enim flos: id est in cytino vel à cytino continetur. Idem lib. ii. de causis, η εδη ποιον μηδε θεσιν ενεργειαν οντος. lego usque, οπου μη οι κύνιοι δεδοι παραμένειν οιχωτας την υγειαν. Punica flores facile amittit, quia nexus eorum debilissimus est: lego ulque, ne cytini in rectum formati suscipiant humorem. Κυνιον sive calyx punice oblongus, anteriore parte latior, in septem rimulas (Theophrastus, labia appellat, totidè videlicet quot flori folia) satiscens; alari floribus major; cuius inferior pars in fructum ac amplum transit pomum; superior denticulata una cum staminibus, ipso medio infidet pomo. Non ineleganter Cælius Aurelianus ampullaginem vocat: quod inflatum sit, ac turgidum, uti ampulla; vasif genus, ex vitro aut alia materia. Sic Plinius lib. xv. cap. xv. ampullacea pyra vocat, quæ formam ampullæ habent. Hunc cytimum Nicander, à cervicali forma, ολογον ανχυσιον vocavit. Locus est in Theriac.

Ειδος ολογονας ειναι περιποντην περισταντην ολογονα,  
Ανχυσιον ινα λογη τιετες οιχωτην ολογονα.

## Κ Ε Φ. ΚΓ.

## C A P. XXIII.

Quomodo distent in fructificando arbores.

**Δ**Ιαφέρει σήμε την ολένδρα ει της ποιεται καπά πης καρποτοκίαν. την μηδε, σήκτων νέων ή βλαστὸν Φέρει, τη σήμε σήκτων νέων, τη δέεξ αιμοφότερον. σήκτη μηδε των νέων, συκῆ, αιμπελού. σήκτη των νέων, ελαία, ροδα, μηλέα, αμυγδαλη, απού, μύδριού, και χεδὸν της ποιαντα. πάντα μηδε σήκτων νέων. εαν διαριτι συμβῆ κυνηση και αιμφότερον (γινεται χάρη την ποιαντα, ωστερη και των μυρρίνων, και μαλιθρών ειπεντωτες της βλαστησης της μετ' ζερτερον) διαμείαντα πλειστη, αλλα ημιγλυκη Φθειρετη. εξ αιμφοτέρων δε, ει των νέων και των νέων, ειπινες σερει μηλέαν των "Διαφέρων, η ειτι αλλο καρπιμον. ετερη και ο διαλιθού σήκπετηση και σύκη Φέρων εξ νέων. ιδιωτική η σήκτη σελέχεις εκφυτης, ωστερη της σε Αιγύπτιη συκαμίνη. Ει πωτης χάρη Φασι Φέρειν σήκτη σελέχεις. τη οι δια μηδε σήκτων αικρημόνων, ωστερη και της κερωνίας. αύτη μηδε σήκτη των Φέρει, πλινθού πολιων. καλλιστη κερωνίαν, αφηνει τη σύκη της Αιγύπτια καλλιθμρω. ετερη δια μηδε αικρηματη των ολένδρων και ολένδρων Φυτων τη δια, τωλαιγοκαρπη. τη δια αιμφοτέρων. τωλεια η αικρηματη των αλλων η των δένδρων. οιον των της σιτηρων τη σεκυναδην ει τη διαινωδων, έρεικη, και σπειρομισι, και αγνοού. και αλλα απλαι και λαχανωδων η αιφαλορριζαι εξ αιμφοτέρων δε, και των δένδρων ενισι και των λαχανωδων. οιον "βλίνην, η αιδειριφρεξης, ροδανού. επει και ελαία ποιει των τη τη και Φασι ο παν αιρει σελεγη, σπιρειον εν φορέις ειναι. αικρηματης δε πως και ο φοινιξ. πλινθού της τη και αικρηματης ουλλον και αιροβλαστον.

† βλαστον.  
Al. Bas.  
‡ deest Al.

Lege διφο  
μων.

† οι δι ποιη  
μηδε. Bas.

† περισσα.  
Al.

"βλινη.  
† αιδειρι-  
φρεξης. Al.  
Ger.

**A**rbores autem vel hisce in fructificando distare videntur. Namque aliae fructum ex novellis surculis gignunt: aliae ex † annotinis: aliae ex utrisque. Ex novellis, ficus & vitis: ex † annotinis, olea, † vetustis. punica, malus, amygdala: pirus, myrtus, omnesque fere similes. Omnes enim ex annotinis. At si contingat ut aliquid concipient atque florent (evenit enim id quoque nonnullis, ceu myrto: præcipueque, ut sic dixerim, post Arcturi exortum) id perficere nequeunt: sed † semiconditum perit ex utrisque, tam novellis quam † annotinis: si quæ mali biferæ sint, aut si aliquid bis fructificet. Item caprificus, quæ maturat fisusque profert ex novellis. Peculiaris maxime ortus, si quis fructus ē caudice profliat: ut moro Ægyptia. Hanc enim ex caudice ferre nonnulli affirmant. Alij grandibus ex ramis eam fructificare, sicuti & "siliquam, dicunt. Hæc "ceroniam: enim fructum vel ex his producit: non tamen copiosum. Vocant enim "siliquam quæ ficus Ægyptias ap- † ceroniam. bellatas producit. Arborum item † aliae cacuminibus † aliae ac in fructificant; aliae lateribus; aliae parte utraque. Sed plura ex aliis fructum cacumine ferunt, quam ex arborebus: ut "frumentorum, quæ spicam pariunt. Fruticulum erica, spiraea, † amerina. Olerum, quibus radix minibus. capitatum. Parte autem utraque tam arborum quedam frugum: quam olerum: blitum, atriplex, brassica. Nam olea † vitex, idem quodammodo facit. Cumque cacumina ferunt, aliaque no- nulla. Olerū. copiae indicium esse dicitur. Palma quoque fructum quodammodo cacumine gignit. Sed hæc & folia & germina cacumine gerit. Quippe vis ejus genitalis, parte superiore tota consistit. Igitur differentias quas particulatim capere decet, his contemplari conemur: illæ vero naturæ totius esse evidentur: scilicet, quod plantarum, alia urbanæ, alia sylvestres: & aliae fructiferae,

οὐλως ἔχει στὸν ἄνω πάν τὸ ζωτικόν. τὰς μὲν δύναται  
μέρη Διαφορὰς περιστέον σὺν τέταν θεωρεῖν. αἱ δὲ  
χριστικαὶ τῆς οὐλης εἰσιας Φαινονται δηλούστι τὰ μέρη  
ημερεια, τὰ δὲ ἀγεια. Εἰ τὰ μέρη πάροπτα, τὰ δὲ αναρ-  
πτα καὶ αἴσιφυλλα εἰς φυλλοσόλα, καθάπερ ἐλέχη.  
τὰ δὲ οὐλως ἄφυλλα. Εἰ τὰ μέρη, αἴθυτικα, τὰ δὲ  
αναρπτα, εἰς περιβλαστὴ, καὶ περικαρπτα. Εἰ δὲ ὁψι-  
ελαστη, εἰς ψικαρπτα. οὐσώτας δὲ καὶ οὐσιας περιπλή-  
σια τάγματι. καὶ τὰ γε ποιάτα σὺν λοις μέρεσιν, ή εἰς αὔεν τη  
μερῶν εἰν. αἱ δὲ σκείνη ιδιολατη, καὶ τρέπου ίνα μερίσην  
διάστασις, ηπερ εἰς έπι της λώων οτι τὰ μέρη, ενυδρες.  
ταὶ δὲ χερσαῖα. Εἰ δὲ της φύλων εἰν τὸ ποιόν την ψίφη,  
οἱ δὲ διώσαται της φύειας εἰς υψηλούς δὲ, φύεται μέρη,  
οὐχ οὐμοια δὲ, αλλὰ χείρων πάντων δετῶν δένδρων,  
αὶς αἰωλῶς εἰπεῖν, εἰς την φύλων, εἰδη πλείων τυγχανει καθ' εκαστον ψίφη σχεδὸν γάρ δένη εἶνι αἰωλοῦ.

† φύεια  
μη εἰπεῖν  
Theod.

ferae, aliae steriles, & perpetuo virentes, & folia de-  
perdentes: quemadmodum diximus. Quaedam etiam  
in totum foliis carent: & aliae florum fecundae, aliae  
infecundae: & aliae germine vel fructu præcoces:  
aliae serotinae. Pari modo & reliqua his similia sunt  
persequenda. Et haec quidem in partibus, aut non sine  
partibus esse constat. Illa vero propria maxime &  
quodammodo maxima differentia: quæ vel in anima-  
lium genere patet. Quod aliae aquatiles: aliae terrenæ.  
Plantarum enim genus quoddam ejusmodi est; † ut <sup>quod in</sup>  
nisi in solo madente nasci minime possit. Quædam  
nascentur quidem, sed non similes, verum longe dete-  
riores. Cunctarum autem arborum plantarumque, ut  
rem simpliciter dicamus, species in quoque genere plu-  
res. Quippe cum nihil fere simplex sit.

locis humi-  
dis nasci  
nequit.

## IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**E**'Κ τοῦ ιαν. Allus fit facete translatis elementis, νιαν, ιαν.  
Sic Plato acciputatus est principia vocabulorum in Gra-  
zylo ἥρη, άνηρ. Item Varro in primo de Re rust. de fructibus  
conditis loquens, utendum, tuendum. Theodorus, ex ano-  
tinis. Sic infra Theophrastus, οὐσια καὶ τέλος, bima, trima.  
Εἰο, tamen non tam annum significat, quam vetustatem.  
Sic luna in κατάνεα; Εἰ chorda ultima, in οὐσιάν. Ημιθρός.  
Theodorus, semiconditum; malē. Non enim dicas fructum  
perfektum, conditum: inchoatum latine, Εἰ recte. Semi-  
genitum, ad verbum, quia adhuc generatur. Nota vero  
verba illa: γινεται ως καὶ ζεῦται οὐσιας, οὐσια καὶ τὸ μυρρίνω, καὶ  
μάλισθ, οὐσια καὶ τὸ βλαστόν, τὸ μετ' ἀρκτήσῃ. Duo  
ponit hic, unum ex natura specie: quippe Myrto evenit, ut  
ex novellis producat florēm, neque fructū perficiat. Alter-  
um ex natura temporis: quoniam post arcturum quæ florent,  
non perdunt fructū ad perfectionem. In utrisque causa  
aut eadem, aut analogā; defectus humoris debiti, Εἰ calorū.  
In novellis ramis neutrum satis. Tempus quidem humidum  
nimis: at humor ἀ frigore prohibetur. Itaque dixit, καὶ  
οὐσιας τὸ μυρρίνω; Εἰ geminavit, καὶ μαλισθος καὶ τὸ δρυνέει,  
non myrto solum, neque in novellis tantum, sed alijs; id quod  
in hortis nostris suburbanis aliquando contingit pruni; ιαν  
οὐκέτη, quia non omnibus evenit, sed multis. non semper, sed  
autumno: iccirco dixit, οὐσιας καὶ μαλισθ.

Εἰπεις δέος μηδέιας τῷ διφόρων, ηττιπ μέλος καίσπιμος. Ex veteris  
stis & novellis ferre malos biferas. Sic lege, non Δι-  
φέρων. Multarum tamen arborum tam novellos, quam ve-  
teres ramos fructum ferre videmus. Novellos solos nemo  
dicat: alioqui semper arbores crescent, quamdiu vivunt.  
ferendi enim Εἰ vivendi idem est finis. Neque tamen ex bi-  
ferasunt. καίσπιμος, subintellige, οὐσιας!

Duas ponit deinde opiniones. Αἴγυπτια morum cau-  
dice ferre. Altera opinio, non ex caudice, sed ex bra-  
chijs, sive primoribus ramis, veluti κιρινίας siliquam.  
At in quarto hujus, κιρινίας, siliquam etiam ex caudice  
ferre ait.

Τὸν οὐτηράν τὰ συγχωδή. Theodorus, frumentorum, quæ  
spicam ferunt. At Latini nullum agnoscent frumentum  
sive spica. Frugum, melius dixisset.

Tὰς μέρη οὐσιας μετὰ Διφόρων. Hic esse debet initium  
capitis ultimi. Est enim epilogus totius Theoriae, in quo  
omnia summa capita recenset. Addit etiam unum. αἴθυδα,  
ut quædam plantæ folijs careant. De Sparto Dioscoridis bis  
monuimus. De asparago ipse supra attulit dubitationem.  
De tubere Εἴ fungo patet. De cuscuta nemo ambigit.

Σχόδην καὶ ιστὸν αἰωνοῦ. Nota, quonodo accipiatur τοῦ αἰωνοῦ,  
quod in species non dividitur.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

**M**ηλια. Plin. lib. XVI. cap. XXVII. Biferae &c in  
malis, ac pirus quædam, sicut & præcoces, ma-  
lus sylvestris bifera, &c.

Κερατινία est siliqua, sive siliqua Græca, sive siliqua

## IOANNIS BODÆI A STAPEL

**N**εοβλαστον.) Vocat germen æstate præcedenti  
natūm; five quod anno exacto antiquius non  
est. Eīo vero, quod annum excēdit, δινον, quod duos,  
τρινον, quod tres. Exempli gratia: surculus si  
anno 1634. natus, anno 1635. fructus ferat; dicimus  
εἰς τὸν βλαστὸν, novellis surculis, fructum producere  
arborem: si vero 1636. demum proferat, εἰς τὸν δινον,  
fructificare: si vero 1637. εἰς τὸν δινον, & sic deinceps.  
Frustra ex surculo nato 1635, eodem anno quis fru-  
ctus exspectabit, nisi sit fortè bifera arbor; id est,  
quæ quolibet anno bis fructus reddit maturos.

Διφόρων.) Lego cum doctiss. Scaligero, διφόρων.  
Plin. lib. XVI. cap. XXVII. Biferae & in malis pyrisque  
quædam, sicut & præcoces, (hoc omni ex parte verum  
non est; præcoces cerasi fructus, nec tamen bifera  
cerasus) malus sylvestris bifera. Nec hoc semper verum.

Oī διιδρη εἰς τὸν αἴρεμόν. Nota quod addat φαστ; id est  
ex aliorum sententiā se hæc scribere, tradit. Con-  
trarium enim docere videatur lib. IV. cap. II. Nota  
etiam quod κιρινία, à sycamino Αἴγυπτι, diver-

dulcis, Plinius: κιρινία vero, siliqua Syriaca. Quod hic ait  
Theophrastus, σῦκος διφέρων, non ex sua † opinione, sed aliorū. † deest ait.  
vide lib. IV. cap. II.

## NOTÆ ET COMMENTARIUS.

sum faciat, eum alibi, ut supra cap. XVIII. ex aliorum  
sententia scribat, sicutum Αἴγυπτiam vocari.

Εἰς τὸν δινον.) Plin. lib. XVI. cap. XXVII. Est vero Εἴ in ipsis  
arboribus, etiam onus suis peculiaris differentia. summa sui  
parte fertilior est arbuteus; quercus inferiore, juglandes, fici,  
marisce. Emendatius antiquus codex: Summa sui parte  
fertiliores arbutes, quercus; inferiore juglades, fici, marisce.

Σπεργία.) Malē in Ald. & Bas. legitur σπεργία, pejus  
lib. VI. cap. I. σπεργία. Plin. lib. XXI. cap. IX. Ergo in  
coronamenta folio venere melotron, spiræon. Αὐδῆς σπεργία,  
nomen accepisse contendunt; quod frutex sit lensus  
& vitilis, ita ut in spiram torqueri possit. Spirææ  
nomine Sileiacum quendam fruticem describit  
doctiss. Clusius; quem nunquam vidi. quare certi  
nihil affirmare possum. alij viburnum Mathioli,  
spiræam existimant.

Αἴρεμα.) Plin. lib. XII. cap. IV. ubi de dactylo  
agit. Coma omnis in cacumine: Εἴ pomū est non inter folia, ut  
in ceteris, sed suis inter ramos palmitibus racemosum, utra-  
que natura uicet atque pomī. Vide cap. XI. lib. I. de cauf.

ΚΕΦ. ΚΔ.

CAP. XXIV.

*Repetuntur differentiae plantarum.*

**A**λλοσ μὲν ἡμερήκαι ἄγρα λέγεται, ταῦθισματεστίς ἔχει καὶ μεγίστης Διάφορος. εῖν, συκῆ, ἐρυνέδος, ἐλαῖα, καπνός, ἀπόσ., αἰχάσ.  
† deest Al. ὅστις δὲ σύνεκατερώτατον, τὸν τοῖς καρποῖς τε καὶ φύλλοις καὶ τοῖς ἀλλαῖς μορφαῖς τε καὶ τοῖς μορφοῖς.  
ἀλλὰ τῶν μὲν αἰχάσιν αἰώνυμα τὰ τολεῖσα, καὶ ἑμιπειροὶ ὀλίγοι. τῶν δὲ ἡμέρων καὶ ἀνομασιῶν, τολεῖσα,  
καὶ ἡ αἴρησις καινοτέρεσσα. λέγεται δὲ, οἶνος, αἴρπελος,  
‡ deest Al. συκῆς, ροᾶς, μηλέας, αἴρις, Διάφυτης, μυρίνης ≠ ποὺ τῶν ἀλλαν. ή γὰρ χεῖσις καὶ συκεινή, συστερεότερον ποιεῖ τὰς Διάφορος. ίδιον δὲ καὶ ταῦτα εφ' ἐκατέρων. τὰ μὲν γὰρ ἄγρα τὰς ἀρρενικὰς τῷ θηλεῖτι μόνοις ή μάλιστε Διάφορος. τὰ δὲ ἡμερήκαι τολεῖσιν ιδέας. ἐτί δὲ τῶν μὲν ἥραν τη λαβεῖται Διάφυτην τὰ εἰδή. τῶν δὲ, χαλεπώτερον, Διάφορος καὶ τὰς τολυχοίαν. ἀλλὰ δῆλη τὰς μὲν τοις Διάφορος καὶ τὰς τολυχοίαν, σκοτώταν πειραζόντος θεωρεῖν. τοῦτο δὲ τῶν γνωσέων, μετὰ τοῦτο λεκτέον. ταῦτα γὰρ ὥστε εφεξῆς τοῖς εἰρημένοις ἐτίν.

**S**ed quae urbanæ aut sylvestres dicuntur, hanc ipsam evidentissimam summamque differentiam habent: ut ficus, caprificus, olea, oleaster, pirus, piraster, pinus, pinaster. Quae vero alterutro illorum genere collocantur; harum differentia, fructibus, folijs, ceterisque formis, partibusque percipitur. Sed sylvestrium plurimæ nomine carent, expertique perpauci sunt: urbanarum autem plurimæ nomine suo noscuntur, sensuque earum communior. Exempli gratia, vitis, fici, punicae, mali, piri, lauri, myrti, reliquarumque. Facit enim usus communis, ut exploratae differentiae habeantur. Illud quoque utroque in genere proprium. Sylvestres enim, mare ac fœmina, vel solis vel præcipue, discernuntur. Sed urbanæ generibus certe pluribus constant. Quorum alia inventu numeroque facilia: alia difficilia scilicet, causa varietatis. Sed partium reliquarumque naturarum differentias hisce contemplari tentandum. De generationibus autem post hæc referre congruum est. Id enim præcedentia quasi ordine consequi videtur.

## LVII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**A**λλοσ μὲν ἡμερήκαι καὶ ἄγρα. Male hinc auspicatur Theodorus caput. Est enim eadem materia. Idem addidit, pinus, pinaster.

Καὶ μετεπεργη ὀλίγοι. Hic ἴμπεντος, significat, scitum, & peritum & scientem. Theodorus, expertum est interpretatus, non male, si vocem consideres. Nam quæ experientia in dignotione pyri, à pyastro, experi-

mur, cum tentamus vires, & fortunam elicimus ad opus.

Διὰ τοῦτο πολυχοίαν. Nova vox, & aliter scripta, quam εἰδεικέσσα. ἵχος in utraque est. Supra bīs πολυχοίων, varietate in, Theodorus; quia multiplex quod est, distinguuntur differentijs ad varietatem. Quod enim unum non est, diversum est ab eo, cum quo non est unum.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIO.

**A**lloctona. Hoc loco non simpliciter pro sensu, sed sensibus collecta noritia. His enim instrumentis præceptoris loco mens utitur, atque rerum cognitione instruitur: itaque pro consequenti ponitur antecedens, καὶ διδοται ἀτὰ τοῦ γνῶστος ἡ ποιητική.

Πολυχοῖς. (cui contrarium ὀλιγοχοῖς) & verbum πολυχοῖς, nomenque πολυχοία, de re dicuntur, quæ non unius modi, atque generis est, sed quæ ut multiplex, ac varia latissime funditur, atque patet.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**H**īmēg. Plin.lib.xvi.cap.xix. Sunt enim arborum quædam omnino sylvestres, quædā urbaniores, quæ hūs placet nominibus distingue. Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote umbrarumque officio humanus juvant, non improbè dicantur urbanæ. Hanc differentiam inter ur-

banas sylvestresque posuit Plinius. Sylvestres auctor lib. de plant.lib. i. ait quæ sine cura & industria artificis sponte proveniant, ἄγρα μὲν λεγόμενα ἐν σὸν ἀντὶ τηματίους γεννήσιν.

THEO.

## THEOPHRASTI


DE

## HISTORIA PLANTARUM

## LIBER SECUNDVS.

KEΦ. A.

CAP. I.

*De modo generationis sationisque in arboribus.*

I<sup>ον</sup>. Γενέσεις τῶν σπέρματων καὶ ὄλωσ  
τῶν Φυτῶν, η̄ αὐτόμαται, η̄ δύπο  
σπέρμαται, η̄ δύπο ρίζης, η̄ δύπο  
ωδυσπάδαι, η̄ δύπο ακρέμο-  
ναι, η̄ δύπο κλωνὸς, η̄ ἀπὸ αὐτῶν  
τὰ σελέχειαν. η̄ ἐπ τὰ ἔύλω  
κατακεφαλήται εἰς μηρό. η̄ γάρ οὕτως αναφύεται.  
τάτων σὲ η̄ μὴ αὐτόμαται, περιτη τίς. η̄ σὲ δύπο  
σπέρμαται. Εἰς γῆς Φυσικῶταια δόξαιεν αὐτὸν περ  
γάρ αὐτόμαται η̄ αὐτοί. διὸ καὶ τοῖς αὐτοῖς παράρ-  
χον, αἱ σὲ αἷλαι τέχνης, η̄ δύπο ασαιρέσεως.  
αἴπαντες βλαστένει κατὰ τινὰ τῶν τρόπων τάτων.  
πά σὲ πολλὰ κατὰ ταλεῖς. ἐλαία μὲρος γάρ πάντων

Al. Φύεται, αἵλαι δύπο κλωνός. τὸ γάρ σιμάται πα-  
τέπηγνυμένη, καθάπερ η̄ συκῆ τῆς κερδῆς, Εἰ η̄ φοῖ  
τῆς φύσεος. καί γε Φασὶ γέ τινες η̄ δημητρίου καὶ  
παγέσσοις, η̄ αὐτὸς τὸν κατόν τομεῖσσον καὶ γένεσι  
σπέρματος. αἱλαί σπάνιον τὸ τριτόν. θέτερα σὲ πολ-  
λὰ τῆς Φύσεως. συκῆ σὲ τὰς μέρες αἴλαις τρόπος  
Φύεται πάντας. δύπο δὲ τῶν περιμνῶν Εἰ τῶν ἔύλων  
οὐ Φύεται. μηλέα σὲ Εἴ αποται δύπο τῶν ακρεμόνων  
στασίως. εἰ μὲν αἵλαι πά, πεπλάσται πάνθ', οὐ εἰπεῖ,  
έσδεχεδαι σπόνται η̄ δύπο τάτων, εἰδούλοις η̄ νέοι η̄  
διαδεξαντες. η̄ εὐαγγεῖς οὖσιν. αἵλαι Φυσικῶται πάκεναι.  
τὸ σὲ ἐνδεχόμενον οὐσι σπάται ληπίσεον. ὅλαις γάρ  
σλίχαι πολλὰ δύπο τῶν αἵλαι μᾶλιον βλαστένειν καὶ γένεσι  
μέρα, καθάπερ αἴπειλ. Τὸ δύπο τῶν κληριστῶν, αὐτη  
γάρ οὐδὲ δύπο τῆς περιώδειας, αἱλαί δύπο τῶν κλήμαται.

Φύεται. Εἰ εἰδή τη τοιχητὸν ἐπερον η̄ σπέρματος η̄ Φύε-  
ται. γανῶδες. αἴπερ δοκεῖ το, πεπλανον, η̄ η̄ αἵλαι, Εἴ  
χασιν οὐσιμέρον, η̄ δέ ερπιλλοι, η̄ τὸ ελένιον. καταπάτη  
μέρες η̄ εἰσι πάσιν, η̄ τε δύπο τῆς ωδυσπάδαι, καὶ  
δύπο σπέρμαται. αἴπαντα σὲ οὐσι εχει σπέρματα η̄  
δύπο σπέρμαται γίνεται. δύπο σὲ ωδυσπάδαι η̄  
τὸν σιμάφιν Φασίν, εἰδούσι τὸ τοιχητὸν παρελῶν  
Φύεται. δεῖ δὲ τοιχητὸν μάλιστά το ωδυσπά-  
δαι δεεστείται. μέρον η̄ ωδυσπέμνων η̄ είναι. εἰ μὲν αἵλαι καὶ αἵ-  
τάτης θέλει βλαστένειν καὶ ροστα, καὶ μηλέας η̄ εαρινή.  
βλαστένει σὲ καὶ αμυγδάλη Φυτόνυμένη. κατὰ  
ταλεῖς τοιχητὸς σὲ περιώδειας αἴπειτο η̄ ελαία βλαστένει. Εἴ  
γάρ δύπο τὰ σελέχεια, καὶ δύπο τὰ περιμνῶν κατε-  
κπομέναι, καὶ δύπο τῆς ρίζης, καὶ δύπο τὰ ἔύλων, καὶ  
δύπο ράβδος, καὶ δύπο χαρεκτοι, αἴπερ εἰρηται. τὸ δ'  
αἵλαι, οἱ μύρραι. καὶ γάρ οὕτως δύπο τὰ ἔύλων καὶ τῶν περιμνῶν Φύεται. σὲ σὲ η̄ τάτης Εἰ τῆς ελαίας πά τὰ ἔύλων  
διεκρίνειν μὴ ελάστικα σπιθαμαίσιαν, Εἰ τὸν Φλοιόν μὴ αἴσιαρεν. πά μέρες σπέρματος βλαστένει η̄ γίνεται κατὰ τοὺς  
ορημάτες τρόπος. αἱ γάρ εμφυτεῖαι η̄ οἱ συσφαλισμοί, καθάπερ μίζεις θερέειν, η̄ κατ' αἵλαιον τρόπον γένεσις  
οὐσίαι η̄ οὔσεροι λεκτέον.



Rborum & summaturi plantarum  
generationes, aut sponte, aut semi-  
ne, aut radice, aut avulsione, aut ra-  
mo, aut surculo, aut ipso trunco fa-  
ctitantur: aut etiam ligno t̄minuta-  
tim conciso. Nam eo quoque modo  
planta exoritur: sed principatum  
in his t̄ spontanea obtinent. Quae vero semine, radice-  
que fieri solent, naturales maxime inter reliquas esse obtinent.  
apparet. Nam ipsae quoque spontaneæ quodammodo  
sunt: & sylvestrium ob id generi accommodantur. Relique autem hominum arte aut instituto proveniunt.  
Singula igitur modo ex prædictis aliquo erumpunt. sed pars major pluribus sanè modis procreatur. Olea  
enim omnibus provenit rationibus; præterquam sur-  
culo: defixa enim nequit germen excitare: ut ficus ex  
t̄ crada & punica ex virga. Quanquam nonnulli t̄ ad-  
miniculo quoque defixam ad ederam, una crevisse, fa-  
ctamque arborem affirment. Sed id raro. Illud vero ex  
majore parte à natura factitari videmus. Ficus quoque  
omnibus modis emergit: præterquam ex ramo & moque ma-  
surculo. Malus & pirus raro ex ramis. Cæterum cuncta  
magna ex parte his quoque enasci contingit: modo  
leves, novelli, facileque auctiles petantur. Verum illi  
proventus magis naturæ convenient. Contingens au-  
tem prò possibili accipi potest. Quippe cum in totum  
qua ex supernis potius enascantur, paucissima sint.  
Quemadmodum qua ex palmitibus vitis proveniunt.  
Ista enim nec ex t̄ prora, sed ex palmitibus exit: & si  
quid aliud ejusmodi annetur, seu arbor, seu suffrutex:  
ut ruta, viola, sisymbrium, t̄ serpillus, heleniū. Omnium t̄ serpyllum.  
itaque communis maxime generatio, qua ex avulsione  
atque semine fit. Omnia vero qua semen ferunt, semi-  
ne quoque gignuntur. Nasci & laurum ex avulsione  
affirmant: si quis sublatis surculis serat. Sed quod  
avellitur, radicis aut stipitis aliquid habeat oportet.  
Fieri tamen potest, ut & absq; eo tam punica quam malus  
verna exoriatur. Amygdala quoq; sata exurgere potest.  
Sed plurimis fere modis provenire olea videtur. Nam  
ex trunco, ramo conciso, radice, ligno, virga, item t̄ ad-  
miniculo, quemadmodum diximus. Myrtus inter cæ-  
tera huic maxime similis. Nam & à ligno & ramo pro-  
venit: ligna vero tam ejus quam oleæ palmo minora  
dividi, haudquaquam oportet: neque cortex detrahi  
debet. Arbores modis prædictis exeunt atque concre-  
scunt. Infistiones enim aut inoculationes misturæ quæ-  
dam, aut alio pacto generationes esse videntur. De qui-  
bus postea dicemus.

Al. τὸ τριτό. τοιχητοί  
δεεστείται. μέρον η̄ ωδυσπέμνων η̄ είναι. εἰ μὲν αἵλαι καὶ αἵ-  
τάτης θέλει βλαστένειν καὶ ροστα, καὶ μηλέας η̄ εαρινή.  
βλαστένει σὲ καὶ αμυγδάλη Φυτόνυμένη. κατὰ  
ταλεῖς τοιχητὸς σὲ περιώδειας αἴπειτο η̄ ελαία βλαστένει. Εἴ  
γάρ δύπο τὰ σελέχεια, καὶ δύπο τὰ περιμνῶν κατε-  
κπομέναι, καὶ δύπο τῆς ρίζης, καὶ δύπο τὰ ἔύλων, καὶ  
δύπο ράβδος, καὶ δύπο χαρεκτοι, αἴπερ εἰρηται. τὸ δ'  
αἵλαι, οἱ μύρραι. καὶ γάρ οὕτως δύπο τὰ ἔύλων καὶ τῶν περιμνῶν Φύεται. σὲ σὲ η̄ τάτης Εἰ τῆς ελαίας πά τὰ ἔύλων  
διεκρίνειν μὴ ελάστικα σπιθαμαίσιαν, Εἰ τὸν Φλοιόν μὴ αἴσιαρεν. πά μέρες σπέρματος βλαστένει η̄ γίνεται κατὰ τοὺς  
ορημάτες τρόπος. αἱ γάρ εμφυτεῖαι η̄ οἱ συσφαλισμοί, καθάπερ μίζεις θερέειν, η̄ κατ' αἵλαιον τρόπον γένεσις  
οὐσίαι η̄ οὔσεροι λεκτέον.

## IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**A**īt quiesce. Aristoteles animalium partes cum enarravit, transit ad generationem. Deinde affectus, ac mores describit. Sic discipulus priori libro, partibus investigatis, agreditur generationem: ponit modos. Plantæ, inquit, generantur quedam sponte. Intellige hic rationes duas. Vnam earum quibus nullum semen est, ut filicis: alteram earum, quæ tamet si semen ferunt, & è semine nasci queunt: tamen nullo sano aliquando oriuntur: cujusmodi habemus in hortis nostris Hyoscyamus, dum hæc scribimus. Sequitur alterum divisionis membrum à semine. Tertium est ab radice subi-  
si ait, omnes plantæ que radicem habent, ab radice nasci posse, falsum sit. Non est igitur hoc membrum priori par. Dicet enim infra, nullam plantam semen gerere; quæ ab eo prodi nequeat. H' dñs οὐδεποτέ, avulsione, quæ duplex est, ut paulò infra. Tò δὲ οὐδεποτέ, οὐ ταρσίζειν, οὐ ταρ-  
σεῖν. Et in septimo de Brasica. Provenit, inquit, δὲ οὐδεποτέ, διά την πατέρα φυλακτήν. δὲ ακεμός: à ramo crassiore. Prunus è ramo sine radice palto vivit ad-  
huc, οὐ δένεται, ramum exiliorem. Duo deinde membra digerit mirabilia. Mirabilis enim à trunco generatio. Mi-  
rabilior illa, ex ligni frustulis terra opertis nasci plantam ge-  
nerei ejusdem. Sic ferunt oleam in liguribus montanis.  
Stipitem vetulum crassum quantum libet scindunt: & par-  
ticulas illas cum cortice suo terra tegunt. mox etiam ipse exempladabat.

**A**īt quiesce. Theodorus: sed principatum in his spontanea obtinet. Omisit τὸ τις: aliquo modo: neque enim sunt ἀνθρώπων nobilissimæ; sed illa ratione, quia simplicissimæ operæ à natura, & priores sunt semine, quod ferunt, & à quo producuntur non sunt. δὲ αἰκίας φυτώσεται. Quia nullius artis indigent. Theodorus addidit: inter reliquias, ne videatur contradicatio: quia τὸ τις φύεται, videtur esse debere, τὸ φυτώσεται. Verum ibi generationis principatum posuit ex simplicitate: hic & perfectione. Addidit etiam ex priore nobilitate aliquid: cum dixit, οὐτε αὐτομάτω, moderatus est tamen, non ἀνθρώπων, sed, αὐτομάτω. Quasi αὐτομάτω; quia sine cultu accidentibus sponte seminibus, non arte jactis prodeunt. Quare & plantæ etiam in sylvestribus inveniuntur. οὐδέποτε. Si insylvestribus; ergo aliquo modo αὐτομάτω. Theodorus pessimè, accommodantur. Accom-  
modatur, quod aliunde, & ab alio fit: at hæc plantæ in syl-  
vestrium numerum suapte natura veniunt. οὐδέποτε, hic verbum est solidæ philosophiae, & principia notans natura-

lia. Divisionem, Plinius brevissimè: Arbores, quæ naturæ debeamus, aut sponte, aut semine, aut radice. Φυτοὶ δὲ οὐδεποτέ παντες καὶ τὰ κατατομένα. Theodorus, quanquam adminiculo quoque defixam ad Ederam. Non intellexisse, pro pedamento defixam prope Ederam, ut scilicet scanderet. Sic mox, oleam provenire posse δὲ τὸ τις οὐδεποτέ: Theodorus, adminiculo. Sanè ita palus aut talea, aut vallum in re militari dici posset. Verum, adminiculo, hic nimis laxè. Plinius etiam Trogum iugiter, qui crediderit foliorum satu apud Babylonios palmas provenire. At Theophrastus etiam à lacrymis, idque non de una tantum, quod tamen hic omisit in divisione. Τίχνη, οὐ ταρσίζειν. Theo-  
dorus: arti, aut electui pertinent: durus sermo. Sic ex-  
pliques, artis præceptis, aut hominis voluntati. Quidam τὸ ή, non tam distinguit artis præcepta ab hominis consilio, quām est (sive) potius, quām, vel: est enim electio non sine arte.

**A**īt quiesce. Theodorus, auctiles, exquisito verbo.

**E**ī τὸς ταρσίζειν. Vitis proram vocat eam, quæ sarmenta antecedit.

Quæcumque, inquit, semen edunt, semino provenire queunt. Hoc perpendimus alibi nos, de visu historiam contemplati.

**E**ī τὸ τις παπλάνω. Amputato opere, id est, surculis. Opus enim naturæ est, & quod operi humano relicuum sit. Utramlibet accipe rationem. Posterior, verior: sic enim loquuntur omnes.

**K**αὶ δὲ τὸ τις παπλάνω παπλάνω, οὐ δὲ τὸ ξύλον. Quod magis est, è ligno duntaxat, qualemque sit. Docet autem modum & rationem, δὲ τὸ ξύλον.

**D**εῖ δὲ τὸ ξύλον Αἴγαρον μὴ εἰλάτη σπιθαμέων. οὐ τὸ φλοίον μὴ σπιθαμέων. Declarat quid sit, quod supra dicebat. παπλάνω τὸ ξύλον τις μικρός. Plinius verba lib. & cap. xvii. de taleis. Ne minores pedalibus. Verum id non est, παπλάνω τις μικρός, ut ipse proponit: Εἰ Αἴγαρον, est scindere, potius quām secare: in longum porius, quām per latitudinem. Infrā tamen eadem sententia est. Αἴγαρον τὸ φλοίον φυτώσεται. Theodorus, τις μικρός, minuatim, potius in frusta.

**E**ī μεφύειν οὐ διοφθαλμισμόι. Infixiones, & inoculationes. Etiam ιγνετός, habes apud Theophrastum. Sic Plinius in decimo septimo, apud quem etiam est, emplastratio. Videbis Columellam, & τὸ τις γαπτίαν, & Palladium, & alios.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

**T**eritus. Hujusmodi semina vocat Varro lib. I. de re rust. cap. xxxix. ubi ait: Quare cum semina ferè quatuor sint generum, &c. De his modis proventus arborum, lege Virgilium Georg. lib. II. initio.

δὲ οὐδεποτέ; id est, ex stolone, avulso cum sua perna: hoc & avulsionem dicere solet Plinius. Quo genere culture carent, quæ monophyllum οὐ παπλάνω, id est, unistirpes, & quæ ab imis non repelluntur: de quo Theophrastus de causis lib. & cap. I.

Τὸ ξύλον παπλάνω τις μικρός, id est, ligno minutatim consecuto, quod sic fieri dicit Plinius lib. xvii. cap. x. Consecuto arboris trunco. Varro claveolas vocat, & taleas: & Columella taleolas. Palladius clavem, & taleam nonnihil distinguunt in Martio cap. de Cistro.

**T**ίχνη. Arbores, (inquit Plinius lib. xvii. cap. x.) quæ cura hominum atque arte proveniunt. Idem lib. xvii. sic exorsus est: Natura arborum, terra, ma-

rique, sponte sua provenientium dicta est. Restat earum quæ arte & humanis ingenii fiant verius, quām nascuntur.

Tὸ οὐδεποτέ, contingens vocant, τὸ διωτινό. Quintil. possibile. Quonodo inter se differant, lege apud Plutarchum libello οὐ παπλάνω. Vult, autem quod accidat nonnumquam, ut fieri posse judicetur. Nam cum contingens impossibili & necessario opponatur, si tamen ponatur seu fiat, licet necessarium non sit, nihil sequitur impossibile; ut ait Aristoteles lib. I. Priorum διαλογικῶν.

δὲ τὸ τις ταρσίζειν. Hanc vocem invenies expositam in Greco Lexico Crispini.

ταρσίζειν. Plinius libro xvii. cap. x. Avulsique arboribus stolones vixere. Quo in genere & cum perna sua avelluntur, partemque aliquam è matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Legem dum, fibrato.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL

## NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**A**īt quiesce. Plin. lib. xvii. cap. x. Aut enim semine proveniunt, aut plantis radicis, (scribe aut radice, delata voce, plantis, quæ ex margine in textum irrepit) aut propagine, aut avulsione, aut surculo, aut insito, & consecuto arboris trunco. Doctiss. vir restituit ex M S. aut insito in consecuto arboris trunco. Nos vulgatam servamus. Nam ex conciso frustulatim & in terram demissio trunco propagari platas, auctor est Theophrastus. Arborum generationes luculententer descripsit Virgilius, statim in initio lib. II. Georgicæ. Et Theophrastus lib. I. de caus. cap. x. & sequentibus.

H' αὐτομάτων.) Arbores, frutices, & herbas αὐτομάτως, sine jacto semine, aut ullo prævio artificio emer-  
gere, à terra, notissimum est. Plin. lib. xvii. cap. xvi. Quædam vero nasci, nisi sponte, nullo modo queunt, & que in mitibus tantum aut desertis locis proveniunt. Virgil. lib. II. Georg.

Namque aliæ nullis hominum cogentibus ipsæ  
Sponte sua veniunt, campisque & fluminis latè,  
Curva tenent, ut molle siler, lentaque genistæ,  
Populus, & glauca canentia fronde salicta.  
Resert Theoph. lib. VI. cap. v. & lib. I. de caus. cap. v.  
Affirmat

Affirmat Plinius lib. xvi. cap. xxx. ab imbre quodam picoso, exortum esse laser in Africa, & sylvam quæ ibidem est, alia quadam, sed simili ratione, profiliisse de novo. Etiam apud nos experimur, post pluvias, è terra curiosissimè runcata, pullulare urticam, atriplicem, alsimem five morsum gallinæ. Refert Ios. à Costa lib. iv. cap. xxxi. Indiæ occident. in Peru, nova Hispania, locisque vicinis, integra nemora enata esse malorum citriarum, & aurantiarum, ubi antea præter planitatem, vel montes nihil erat. Vide cap. v. lib. i. de caus. ubi disputat Philosophus, qua ratione sponte sua plantæ nascantur. Illud tandem addo, eundem Costam tandem deprehendisse causam: Nempe sylvam hanc natam, cum poma transportata ex uno loco in alterum, in via dispersa, & putrefacta, semen ejecissent, quod per aquarum effluvium, ad alias atque alias regionis partes perlatum: & sic tandem fuisse exortas sylvas integras. Tale sane nihil de urtica, atriplice, & similibus dicere licet.

( $\delta\alpha\pi\mu\alpha\tau\theta\cdot$ ) Plin. lib. xvii. cap. x. Quædam autē pluribus generibus seruntur, quædam omnibus. Ac pleraque ex his ipsa natura docuit, & in primis semenserere, cum decidens exceptumque terra vivisceret. Virg. loco citato.

Pars autem posito surgunt de semine, ut altæ

Castaneæ. Vide lib. i. de caus. cap. i. & sequens. Si quis scire desidereret, quomodo semen terræ injectum primo incipiat germinare, & in plantam adolescere; audeat locum Theophrasti citatum, & legat Cl. Scaligeri, nostrasque annotationes.

( $\delta\alpha\pi\mu\alpha\tau\theta\cdot$ ) Radices, quæcum ad rem præsentem, sunt in dupli differentia; aliæ sic propriæ dictæ, ut Iapathi, selini, apij; aliæ peculiari nomine bulbi vocati; quales habent tulipæ, hyacinthi, cepæ, narcissi. Priores per solas radices, vel integras, vel frustulatim concisas, multo melius quam per semen, vel alia ratione multiplicari se, patiuntur. Quo etiam modo multiplicantur; althea, helenium, acorus, iris, sisyrup, glycyrrhiza. Horum, si vel plantetur radicis caput superius, ubi scilicet caulis, radicisque junctura est, cum exiguo radicis frustulo, vel media, vel extima radicis portio, oculis seu gemmis, id est extuberantibz aliquibus instructa, nova enascitur radix; & siquidem terra secundæ committantur, germinabunt, plantamque produceat. Bulborum est constitutio, ut annuatim appendices quædā bulbosas, & novellos quasi filios generent, pendentes ex matribz. Hos avulsoz terræ committimus, & annis sequentibus integrum plantam exspectamus. Arbores viviradice serantur. Dicitur viviradix quasi vivam radicem habens, ad differentiam ramorum, paxillorumque, qui sine radicibus seruntur. Omnes autem arbores viviradice seri nequeunt, ut eæ quæ singulari radice nituntur, & alte descendunt, unoque caudice assurgunt; quales abies, pinus, reliquæque coniferæ. Plin. loco citato: Natura & plantaria demonstravit, multarum radicibus pullulante sbole densa, & pariente matre, quæ necet. Ejus quippe umbra turba indigesta premitur, ut in lauris, punicis, plataniis, cerasis, prunis. Paucorum in hoc genere rami parcunt siboli, ut ulmarum, palmarumque. Nullis vero tales pulli proveniunt, nisi quarum radices amore solis & imbris in summa tellure spiantur. Virg. loco citato.

Pullulant ab radice alijs densissima sylva,

Vt cerasis, ulmisque, etiam parnassia laurus

Parva sub ingenti matris se subiicit umbra.

Hos natura modos primum dedit; his genus omne

Sylvarum fruticumque viret, memorumque facrorum.

Hæ propagines, ubi paululum accreverint, veris, autumnique tempore, circa plenilunium, à velli à matre radice possunt, & debent. Nam nisi extirperunt, matrem, ut Plinius ait, lœdunt. Idem testatur Virg. loco citato.

Nec non & steriles que stirpibus exit ab imis,

Hoc faciet, vacuos si sit digesta per agros:

Nunc altæ frondes, & rami matris opacant,

Crescentique adimunt fatus, uruntque ferentem.

( $\delta\alpha\pi\mu\alpha\tau\theta\cdot$ ) A recentioribus græcis μόχθια dicitur. Cassianus Bassus lib. x. cap. iii. ιππεος δέ δέδος αργανάδων, ταῦ λεπρίστας μόχθια πάτων. Aliæ ab avulsione, hoc est stolonibus appellatis. Notandum in Palatinis MSS. codicibus constanter legi αρρεγδών; uno rantium loco excepto mox citando. Eodem sensu codex Palatinus alter habet pro λεπρίστας, καλημένας. Μόχθια,

Hesych. exponit τὰ μέφια, plantas recenter natas. Idem μόχθοι οἱ νοὶ βλάστοι, nova germina. Rectè. Etenim differt παρεπομπή, id est avultio δὲ τὰ μόχθια πάτων, five μόχθοι. Μόχθοι, planta quæ avellitur nova. Dicitur μόχθοι, cum novella stirps, five stolo cum suis radicibus plantatur.

Dixit Aristoph. in Alcharch. νία μοχθίδια συκίδων. Interpres antiquus μοχθίματα συκάρι, αἱ νεαὶ συργῖ. Μοχθίδια δὲ τὰ νία βλαστηματα. Theop. lib. ii. cap. 111. Τὰ μοχθίματα μεταφράστεν παλαιάν, sapīs tenellam plantam transferre. Μόχθια Latini stolonem vocant. Plin. lib. xvii. c. i. Stolonum Picinie genti: ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis, unde & pampinatio inventa, primo stoloni dedit nomen. Stolo ergo quasi stolida fruticatio ex arborum radicibus. Nomen, teste Varrone lib. de re rust. traxit: A Stolone viro qui propter diligentiam culturae, stolonum confirmavit agnomen; quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores, è radicibus quæ nascerentur ē solo, quas stolones appellabant. Differt viviradix à stolone. Stolo enim est qui nascitur circa stipites, & avellitur cum radice, & corporis parte, & sic seritur. Viviradix vero est quæ integræ, ex arboribus longinquo extrahitur: unde avulsionem non admittunt, inquit Theophrastus, nisi quæ fruticola sunt. Geoponicæ auctor, δέδος αργανάδων τοι μοχθίματα φυτάται μῆλα, καὶ τὰ ὄμοια, οἷοι κλεψύδραι, ζύζεφοι, λατοκάσιον, γαμαδεῖφρον, μερσίν, μεταπλος, τὸ δέδος παραδίδει μοχθίματα τῆς σίνοροι, καὶ τὰ εἰστι, δεπεπτάται μετὰ φανῆρον μετα τῆς ἡλίου. οἷον οὐ καὶ τὰ τὸ δέδος παραδίδει (ita in codice Palatinico: hic est locus quem supra citavi) καὶ τὰ μοχθίματα μεταφράσθαι. Ab avulsionibus five stolonibus plantantur mala & similia, velut cerasus, zizyphus, nux parva, chamaedaphne, myrtus, mespilius. Avulsones five stolones appellantur qui arboribus uniti, atque agnati sunt, ex ipsisque avelluntur, una cum conspicua radicis parte. Oportet autem & avulsones, & stolones transplantare. Plin. lib. xvii. cap. x. Et aliud genus simile natura monstravit, avulsiisque arboribus stolones vixerunt. Quo in genere & cum perna sua avelluntur, partemque aliquam, ē matris quoque corpore auferunt secum simbriato corpore. Hoc modo plantantur punicae, coryli, mali, sorbi, mespili, fraxini, fici, imprimisque vites. Cotoneum ita satum degenerat. Virgil. loco citato.

Hic plantas tenero abscondens de corpore matrum,  
Deposuit sulcis.

( $\delta\alpha\pi\mu\alpha\tau\theta\cdot$ ) Aut ramo. Plin. lib. xvii. cap. xvii. Reliqua genera casus ingenio suo excogitavit, ac defractos serere ramos docuit, cum pali defixi radices cepissent, &c. Geoponicæ auctor, quod Theophrastus αργανάδων, μίσαλον vocat. verba paulo infra habentur. Πάσταλος vertunt aliqui taleam, malunt. alij clavum, palum, paxillum. De talea, vide infra. Duobus modis ramo seritur; vel ramo ab arbore in scrobem depresso; vel ramo in arbore manente, sed per vasa fictilia, lignea, aut similia, aut squallos trajecto, terræque compacto. Columella lib. de arboribus cap. vii. ubi de vitium propagatione agit: Propagationum genera tria sunt in usu, maximè unum, quo virga edita à matre sulco committitur: alterum quo ipsa mater prosternitur, atque in plures palos per suas virgas dividitur: tertium quo vitis scinditur in duas vel tres partes, si diversis ordinibus deducenda sit. Hoc genus tardissimè convatescit; quia vitis divisa medullam amittit.

( $\delta\alpha\pi\mu\alpha\tau\theta\cdot$ ) Κλαδεος Geoponicæ auctor surculos. Plin. lib. xvii. cap. x. Ex eodem inventu est surculos obsecissos serere. Virg.

Nil radicis egent aliae, summumque putator,

Haud dubitas terræ referens mandare cacumen.

De eodem propagandi modo audiendum Nonius:

Δέσμοι στοῖ πέπλα, καὶ οὐδὲ τοῦ τε φυτῶν,

Δέσμοι στοῖ κέρυκες, ταῦ περ λύσιν μετρίας.

De vitium plantatione loquitur. Τὰ κόρυμβα, vel οἱ κόρυμβοι, sunt surculi τῆς συκῆς, κόρυμβοι apud Dionys. de situ orbis, κλάνεται, κόρυμβοι καθόλευτοι περιστρέψανται περιστρέψανται κόρυμβοι λίγυσται. Omnia sublimia quoque in alto sunt κόρυμβοι vocant. Cacumen absconditum hyemis exitu, defigiturque in terra integrum, ut germinet. Per avulsoz malleolos, aut taleas, aut ramulos, cacumen, quomodounque vocare liber, propagantur arbores, adhunc modum, ut docet doctiss. Laurenbergius. Ramulum elegantem, non tortuosum, non erosum, vegetum, anniculum (relinqui illi poterit portio exi- deest ac gua adhærentis rami bimi.) hujusmodi igitur ramum cipe. præcisum ab arbore, utraque extremitate mutilatum, terre

terra secunda ad profunditatem dimidiae ulnae, arcuatum impone, substrato sano bubulo aut ovillo. Fossam terra conculta reple. Fruticum herbarumque taleolis vel ramulis pangendis, alteram extremitatem malleo vel dentibus prius conculca, us filamenta ducat. Tum aqua, irriga, non sano, quem nulla ratione ferunt, & postea terrae operi. Nulla ferè stirps, quæ non potest propagari per ramulos anniculos, dummodo duplex adhibeat caudela. Prima, ut extremitas inferior absissa oblinatur emplastro εμφυτευτον. Sic naturalis liquor non exudabit, nec humor inutilis intro subbit; qui alioquin putredinem adferre solet. Altera, ut non directo terræ infigas ramulum, si oblitum, sed incurvo arcu supra pars promineat e terra: media tangat terram fossæ: crassior & infima, quam oblinendam dixi, sursum itidem vergat; non quidem e terra extans, sed ad duos vel tres digitos, sub tellure delitescens. Ex medio illo ramuli dorso innumeratas videbis radices pullulare. Alius modus. Ramus ab arbore avelitur, supernè deorsum, ut quasi crus aut pes illi adhærescat; hinc pedunculus aut appendix undique perforatus subula, ad dimidiad ulnam defuditur in terra fertili, saepiusque irrigatur.

Toū σπάχεις.) Hoc modo seritur salix, olea, populus, palma, ut docet ipse Theophrast. infra cap. viii. De olea Virgil.

Sed truncis oleæ melius, propagine vites  
Respondent: solidi Paphia de robore myrtus.

Hēn τῷ ξύλῳ.) De talea hæc accipit doctiss. Robertus Constantinus. Alia tamen Virgilij mens, etiam Theoph. ut ipse infra docet, τῷ δὲ τῷ περί τας καρανγών. Quæ veteres de talea, clavolaque scribunt, hac occasione referam. Antiquiss. Romanorum Cato cap. xxxv. Taleas, ait, oleagineas, quas in scrobe saturus eris tripedaneas decidito, diligenterque tractato, ne liber laboret. Eadem Plin. lib. xvii. cap. xviii. Taleas oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito, diligenterque tractato, ne liber laboret, cum dolabis aut secabis. Tripedaneæ taleæ non nisi ex majoribus fieri ramis possunt. Nonius, scissiones lignorum vel præsemina taleas vocat. Doctissimus Romanorum Varro lib. i. de re rustica cap. xi. Demum in oleagineis seminibus arbores videndum, ut sit de tenero ramo; ex utraque parte æquabiliter præcisum, quas alij clavolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. Palladius taleam à clava diversam facit in Martio, titulo de citreo. Mense, inquit, Martio citri arbor quatuor modis seritur, semine, ramo, talea, clava. Paulo infra. Clava serì commodius est, quæ sit manubrī crassitudine, longitudine cubitali ex utraque parte levigata, nodis & aculeis recisis, sed integræ summitate gemmarum, per quas spes futuri germinis intumescat &c. Talea & gracilior, & brevior esse potest, quæ similiter ut clava mergetur. Sed talea palmis duobus superfit, clava omnis obruitur. Talea ergo à clava diversa. Græci, ξελιαρ, à qua talea Latinorum manavit, vocant τὸ ἔχαστον τὸ ξελιαρ, τὸ πτερόν την δέκαλιν αὐτῷ βλαστηντο, extremam arboris parrem, ex qua germina pullulant. Primum arboris germinatum, vocat Plinius. Theophrastus lib. iii. de cauf. cap. vi. Oi δὲ οὐλαιογνῶν τὸ ξελιαρ τὸ κλαδὸν. Alij taleam ramis absindunt. Latini, ut dixi, taleæ, rami, clavæque nomina confundunt. Nobis Palladij distinctio maximè arridet. Sanè Plinius, ramum à talea diversum facit: ita tamen ut talea sit, ex grandioribus ramis, non ex surculis, ut apud Græcos accipiebatur. Lib. cit. cap. xvii. Multa sic seruntur (rami scil.) imprimisque fucus, omnibus alijs modis nascens, præterquam talea; optimè quidem, si vastiore ramo, (hæc infra examinabo) pali modo excuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite, eo que ipso barena cooperio. Ramo seruntur & punica, palis laxato prius meatu: item myrtus. Omnium horum longitudine trium pedum, crassitudine minus brachiali, cortice diligenter servato, trunco excuto. Myrtus & taleis seritur: morus talea tantum; quoniam ramo eam seri religio fulgurum prohibet. Qua propter de talearum satu nunc dicendum est. Servandum in eo ante omnia, ut talea ex feracibus fiant arboribus; ne curva, neque scabra, aut bifurca; neque tenuiores, quam ut manum implete: (hæc satis ostendunt taleam à surculo diversam) ne minores pedalibus, ut illibato corrice; arque in sectura inferior ponatur semper, & quod erit ab radice, accumulaturque germinatio terre, donec robur

planta, capiat. Etiam Columell. lib. de arbor. cap. xx. inter ramum & taleam distinguit. Taleas, inquit, & ramos vere antequam germinare arbores incipiunt, deponto. Cæterum quæ differentia, inter ramum, taleam, clavamque, ex Palladio cognosci potest. De talea satis superque. Salicem observavi etiam ex minutissimis particulis germen emisisse: Rosæ centifoliae particulae minimæ germen edunt. Non itaque mirum, lignum in fructa dissecatum pullulare.

παλὸν δέ τὸ κλαδόν.) Cur olea ex surculo non proveniat, docet lib. i. de cauf. cap. ix. quem locum audeat lector.

Tns κεράδης.) Κεράδη fici ramus, interdum crassior, interdum tenuior, surculus. Galenus in glossis, κεράδης οἱ αἰρέμονες. Contra Hesych. Κεράδη συκῆς κλαδός. Nicander pro ipsa arbore accepit. Erotianus, surculos ipsiusque fici folia sic vocari tradit. Οἱ μὲν τὰ τῆς συκῆς φύλλα, οἱ δὲ τὰ κλαδᾶς &c. Hoc loco pro surculo sumi debet; quod patet, ex eo quod præcedit, παλὸν δέ τὸ κλαδόν, & quod sequitur, καὶ οὐ πότερον. Pro quovis surculo accepit Theophrastus lib. i. de cauf. cap. ix. οὐδὲ μή, usque ad στείχον. De fici plantatione. Vide cap. vii, hujus libri. Item Palladium in Martio cap. de fico.

jam allatis constat, vile oleum genus esse φωλίας. Athénæus lib. xiv. deipnosophist. phaulias magnitudine connari docet, γλυκές ἢ πάντας μεταβολές καλαί φωλίας. Vide de phauliis plura lib. iv. cap. iii. ubi de olea agitur. Ceterum hic sensus verborum Theophrasti: negat ex oleastro oleam posse fieri, ex pyræstro pyramidum, capriflico ficum, & naturam illam sylvestrem mitigari. Quod enim in oleastro deputato aut translato contingere referunt, ut olivas ferat, phaulias dictas, non magnam hanc mutationem censi debere. Nam phaulia pessimum olivarum genus, quales translati aut deputati fert oleaster. Oleam decacuminatione proficere docet lib. iv. cap. xix. Τὸ δὲ αὐτὸν πότι τὸ τελεοτελεσθεντές τὸν εἰναι τὸ κακίαν γίνεσθαι κατέπιεν εἰναι. Ergo etiam oleaster melior fit τελεοτελεσθεντές τὸν εἰναι; sed haec tamen tantum proficit, ut olivas ferat phaulias, quæ de nomine ipso pessimas, & viliores sonat olivas. Corrigunt alij, εἰδούσι τὸν εἰπόντα φωλίας οὐ πάντας τοὺς τελεοτελεσθεντές τὸν εἰναι. Quod enim oleastro accidere dicunt, ut si surculos (sylvestres) decidat, aut in totum transferas, germinolea sativæ simile productum: certè non est magna illa mutatio; nec tam magna, inter oleæ & oleastrī frondem, differentia. De phaulia, vide plura lib. iv. cap. iii.

A D hæc fortuitam quoque mutationem fieri ajunt; interdum fructum; nonnunquam arborum summatum ipsarum. Quæ quidem aruspices ostenta esse existimant. Exempli gratia, punicum acidum edere dulce: & dulce acidum. Rursus arborēs ipsas, ut ex acida dulcis, & ex dulci acida veniat: sed deterius in acidadam, quam in dulcem mutari. Item ex caprifico ficum; & ex fico caprificum: sed de fico in caprificum deterius. Et ex olea oleastrum: & ex oleastro inuicem oleam. Quod raro evenit. Rursus ficum ex candida nigram: & ex nigra candidam. Pari etiam modo ex vite. Ergo hæc tanquam prodigia & præter naturæ normam accidere arbitrantur. Solita vero nullo pacto mirantur. Vt quod in vite, quam † capniā vocant, † helvolam cernitur: nam ex nigro racemo, candidum; & ex candido, nigrum hæc præstat. Neque enim, aruspices ista interpretantur: quoniam ne illa quidem, quæ ratione regionis mutari solent: quemadmodum punica in Ægypto mutari proposuimus. Sed hic ita fieri mirum: quoniam una tantum aut duæ; & hæc raro per universum tempus mutantur. Et si aliquando ita fit, in fructibus potius discrimen, quam in totis arboribus percipitur. Nam talis quoque † rei temeritas fructibus non nunquam contigit: ut ficus "poma aversa ramulis fertio. rat; & punica vitisque caudice suo fructifient. Ad hæc † a tergo foliis fructum absque foliis produxit: olea foliis amissis litorū fructus fructificavit. Quod & Theffalo Pisistrati filio acci-ferat. diffe, proditum est. Nonnunquam ratione hyemis, aut alias ob causas quædam accidunt: quæ normæ naturali incongrua judicantur; cum tamen non ita sit. Sicut olea penitus aliquando adusta regerminaverat tota. In † Boeotia vero germinibus omnibus à locustis de-rosis, iterum germinavit. Sed hæc haud quaquam pro absurdis haberi forsitan debent: quippe cum ad manifestas causas redigi possint. Sed potius si non ex propriis locis fructifient, † aut non fructus proprios ferant, † aut non natura tota immutatur, ut diximus. Mutationes arbo-convenien-rum tales adnotantur.

† Βασισταν  
verò ficus  
germinibus.  
ter.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**K**āmō. In eodem racemo candidos, & nigros acinos  
comeditimus nos, & sapidos & maturos.  
Auctio. Theodorus, temeritas. Nimis ambitiosè in re  
plantarum. ex rō p̄mōde & ieanū. Theodorus, poma  
aversa à ramulis, male. Suo enim loco ieanū, præter ca-

prifricum, & grossos, ostendimus quid significet.  
Mē cōn̄ t̄ oīcīas rōmā, n̄ p̄n̄ oīcīas. Etiam supra sic. A  
Theodorus legit, oīcīas. Inquit enim, non ex propriis  
locis, aut, non fructus proprios. Ceterum oīcīas rōmā,  
est rōmā: oīcīas, est rōmā.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

**E**RIT omnes causas. Legendum ex lib. v. cap. III. de  
caus. id est, a tergo foliorum, sive sub folijs, quod idem  
valet: lege Plinium lib. XVI. cap. XXVI.

**Kai** αὔτελος. Quod hic videtur de vite asserere, negat de causis lib. v. cap. IIII. initio. Confer Plinum, lib. XXII. cap. XXV. ubi εἰπὼν, per fucus male exposuit.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**M**arborum, est & prodigijs locus. Invenimus enim sine folijs natas: vitem & malum punicam stirpe fructum tulisse, non palmite, aut ramis, vitem uvas sine folijs, oleas quoque amississe folia baccis herentibus, &c. Mutantur arbores & colore, sicutque ex nigris candidae, non semper prodigiosa, & maximè quæ ex semine nascuntur. Ut populus alba in nigrum translit. Quidam & sorbum, si in loca calidiora venerit, sterilescere putant. Prodigio autem sicut ex dulcibus acerba poma, aut dulcia ex acerbus, è caprifisco fici. Aut contra gravi ostento, cum in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum; ex candida uva & fico in nigras. Ut Laodicæ, Xerxis adventu platano in oleam mutato. Qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scates, &c. Vide lib. v. de caus. cap. i. & iv. & v.

Sed quis ex iis quæ hactenus diximus, longè aliam  
Græcæ appellationis esse rationem, non videt?   
κράνεως, aliud vitis genus, cuius meminerunt, Aristoteles, Theophrastus, Athenaeus, Columella, Plinius.  
(ex tuu opere et iij.) Legunt Doctiss. viri ardo nos  
Ipiras, quomodo scriptum est lib.v. de caus. cap. iv.  
ώστε τοῦ ἐν τῷ συκῆ ἀρδοῦ τῷ ίπιρα. Τὰ δέ τα, fici folia. Hesych.  
Θέριον φύλακε συκῆς, ή ἀμπέλος. Θέριον, fici folium dictum vol-  
lūt, οὐ γά το τελείως ιψη, quod in tres dividatur partes. Hac  
de causa folium ipsaque fucus τελείωτη dicitur. Nicand.  
Schol. Τελείωτη είσαι τούτης τοῦ συκῆς οὐχίστηλη εἰς τείνει  
τείνηται. τοῦ δὲ συκῆς ξηρανθεόμενη εἰς τείνει οὐχίστηλη εἰς τοῦ φύλακα  
τῆς συκῆς εἰς τείνει ιψην. Tripete dixit quasi trifoliatum ex  
ficibus scissum in tria folia, fucus enim arefacta in tres par-  
tes scinditur, vel quod fici folia in tres partes fissa. Poste-

Kármios.) Lege κατάνω, ut in Ald. edit. lib. v. cap. III. scriptū est. Kármios flexus Atticus, ut A'ιδρόπολις, Μενίλιος, ἀλλοι ἔντειν. Cur capneon dicatur docet lib. v. de caus. cap. III. Theophrastus. Latini vitem hanc helvolam vocant. Columella lib. III. cap. II. Sunt & † helvolæ, (vites, uvæ) quas nonnulli varias appellant, neque purpureæ, neque nigrae, ab † helvo (nisi fallor) colore vocitare. Melior est nigrior abundantia vini; sed haec sapore pretiosior. Color acinorum in neutra conspicitur aequalis; utraque candidi musti, alterna vice annori plus aut minus adferunt; melius arbore, sed & jugū cōmodissimè vestiunt, mediocri quoque solo faciūdā sicut pretie (uterq; codex antiquus, preciæ) minor & major, sed ea generositate vini magis commendantur, & frequentibus materijs frondent, & cito maturescunt. Eadem de capnea vite tradit loc. cit. Theop. ubi etiam nomē hoc ei impositū esse docet, ex eo quod τὸ χρώμα βοτένιον ὄντε μέλαν ὄντε λευκὸν ἔχει, διὰ τοῦτο δε. Meminit hujus uvae Aristoteles lib. IV. de generat animal. c. IV. Εἰς ταῦτα ἡ ἀμπελοῦ, οὐ πεδίον κατέπειν, οὐ πάντη σύγχρονος βοτένιος, & καίνος τίκας, Διὸς τοι πλειστήν ιδούσις τεττὼν τοῦτο ποιεῖ. αἴτοι δὲ ὅτι μεταξὺ λευκῆς ἢ τινὶ φύσι καὶ μελαίνης. οὐδὲ παρέβαθι η μεταβάσις, οὐδὲ σταράραι τοι Φύσι. οὐδὲ εἰς ἄλλην Φύσιν. Vitis enim quedam est, quam aliquis capneum vocant, qua cum uvan albam soleat ferre, si nigrum tulit, monstrum id esse non putant, quoniā sapientissime id facere soleat. Causa est quod sua natura inter albam & nigrum sit. Itaque non longe disceditur, nec præter naturam ferē. non enim in aliam naturam transfitur. In Italiae Benevento urbe, hoc vitis genus præstantissimum, ait Athenaeus. Πλάτων δὲ ὁ καρκίνος καρκίνην, καρκίνον δὲ οὔτε γίνεται εἰς Βεζίτα πάλεις. Doctiss. Gaza modo capneam, modo fumidam transtulit vitem. Malunt alij infumatam. Vinum inquiunt fumo sufficiebatur, ut celerius vetustesceret, & præcocem maturitatem traheret fumi reperi. De hoc vino poëtra.

*Nunc mihi fumo flos veteres proferre falernos  
Consulis.*

Vide plura miracula lib. v. cap. xix. Vide cap. iii. & iv. lib. xv. de caus.

K E Φ. E.

## C A P. V.

*Quæ herbe degenerent, meliorescantve. Sisymbrium in mentam, triticum in lolium. leguminæ  
cotilibilia & incoctilibilia: & quo pacto crassescant.*

<sup>† καλαμίτ.</sup> ΤΩΣ γέ ἄλλων, τῷ, τε στούμβον εἰς τὸ μίνθιο  
εἴη Plin. δοκεῖ μεταβάλλειν, ἐσὶ μὴ κατέχουται τῇ θε-  
ραπείᾳ. Διὸ καὶ μεταφυτεύσον πολλάκις καὶ ὁ πυρὸς

**E**x reliquis autem plantis, sisymbrium nisi cultura  
coerceatur; in mentam mutari videtur. Quam-  
obrem sepius id transferre consueverant. Triticum in  
loliu[m]

εἰς εἴρεν. ταῦτα μὲν δὲ ἣ τοῖς δένδροις αὐτημάτως,  
εἴπερ γίνεται. τὰ δὲ τοῖς ἐπετέσσιοις Δῆλοι ωδοποιήσε-  
σιν η τίθηται οὐδεὶς μεταβάλλειν εἰς πυρὸν, εἰσὶ πι-  
θαίσιν σπειρανταῖς. οὐ τῷρούσιν εὐθὺς, αλλὰ τῷ τελ-  
τῷ εἶται. σχεδὸν δὲ ωδοποιήσιν τῷ πόρῳ τῷ πάντα σπέρ-  
ματι κατὰ τὰς κάρδας μεταβάλλειν. μεταβάλλειν γαρ  
Ἐπαῦτα καὶ ἐκάστην ὥραν. οὐ γεδόνης ἡ τοιούτη

<sup>t deest Al.</sup> Σχόνω τοις Εγή πίφη. μεταβάλλοντες καὶ οἱ ἄγροι  
πυροὶ, καὶ αἱ κελται θεραπεύοντες μηνας καὶ ἐξημερώμενας  
καπέ τον ισσον Σχόνων. καὶ ταῦτα μὲν εοικε χώρας τε

† αὐτοῖς μεταβολή καὶ θεραπεία γίνεσθαι. καὶ εἴτα † αὐτο-  
τέροις τὸ δὲ τῇ θεραπείᾳ μόνον. οἷον περὶ τὸ τὰ  
ὅσπερα μὴ γίνεσθαι ἀτέργιμα, Βρέξαντα κελύ-  
σιν ἐν νίτησιν καὶ τῇ οὔσεσθαι στατηρεῖν ἐν ἔργοις.

Φαίδης, ὡς εἰς αὐτὸς γίνεσθαι. Φυτός τοις ἐμβόλῳ.  
τοὺς ἔρεινθες ἢ ὡς εἰς μεγάλους, αὐτοῖς κελύφεσι  
Σοῦζαντα σπείρειν. μεταβάλλεται ἢ Εἰ κατὰ τὸν ὡραῖον  
τοὺς πόρους τοὺς καθόπητα, καὶ δὲ αἰλυπία. οἷον,  
ἔσθι τοὺς τοὺς ἄροτρους εἰσαγόντας σπείρειν, τρισκέλυπτοι γί-  
γνονται, καὶ οὐχ ὡς οἱ μετοπωρεῖνοι Βασεῖς. γίνεται ἢ  
καὶ ἐν τοῖς λαχάνοις μεταβολὴ Διὰ τὸν θεραπεύαν.  
οἷον, σέλινον ἔσθι σπαρεῖν καταπατήσῃ καὶ κυλινδρω-  
θῇ, αἰσφύεσθαι Φασιν οὐλον. μεταβάλλεται ἢ καὶ  
τὸν χωρέντα εἴλατοντα. καθάπερ κατάλλα. καὶ  
τὰ μὴ τοιαῦτα κενὰ πάντων ἔστιν. εἰ ἢ κατά πνα  
πήρωσιν ἢ αὐτούρεσιν μέρος, δένορον ἀγρονον γίνεται  
καθάπερ τὸ ζῷα, τὸ παπιοκεφαλέον. οὐδὲν γνωστόν Φα-  
νερὸν κατέπειτα τὸν Διάρρεον εἰς τὸ ωλεία καὶ ἐλάτια  
Φέρειν. ὡς περι κακάθισμαν αἰλίαν ἢ αἰπάλιτην τὰ

*† d' är. Al. μάσιν, ἀγομόν δ' † σόκη αὐτὸς εἰπεν.*  
*Baf.*

lolum transit. Sed hæc in arbortum genere, si ita fit, sponte fortuitoque eueniunt. Annuis autem paratu quodam & opera contingunt: ut tipha " semenque mutari in triticum solent, si " pistæ serantur: idque non protinus, sed anno tertio. Quod similiter fere fit, atque cum semina ratione locorum permutantur. Nam " decorticata quoque singulis in locis ac temporibus, spatioque <sup>z eaque,</sup> <sub>ta.</sub> quam speluncam vulgo vocant.

pari fere atque tipha mutantur. Triticum quoque  
sylvestre & ordeum culta & mitigata per temporis  
tantundem mutantur: & haec fieri mutatione loci  
culturaque videntur. Nonnulla etiam utroque modo.  
Quaedam cultura tantum: ut legumina, ne incocti-  
bilia fiant, nitro pridie macerata serere in sicca tellu-  
re præcipiunt: lentem ut crassescat, <sup>t</sup> paxillo demit-  
tunt: cicer ut grandescat, cum putaminibus made-  
factum obseritur. Temporum quoque ratione semina  
<sup>t</sup> loco fru-  
tectoso plā-  
tant.

immutantur : ut leviora facilioraque reddantur. † Vt ~~ut si quis~~  
si erva<sup>m</sup> quis vere serat ; facile gratumque exit : non ~~ervum pri-~~  
grave ; quemadmodum si autumno seratur. Fit & in ~~mo vere se-~~  
oleribus culturae causa mutatio. Sicut apium , si satum ~~rat, inno-~~  
~~xium fore,~~  
conculcetur , cylindroque spissetur coæqueturque, ~~autumn- se-~~  
crispum inquiunt provenire. Mutantur item regione ~~seratur gra-~~  
tellureque mutata : ut etiam cætera. Hæc esse omni- ~~vedino fum-~~  
um communia constat : "an yero ob aliquam offendit ~~an vero ob~~  
sam , aut demptionem partis , arbor reddi infœcunda ~~partis ali-~~  
possit ; quemadmodum animalia ; prætermittendum ~~cujus priva-~~  
non est. Ergo secundum redditam illam divisionem , ~~tionem ac~~  
nihil ad plus minusve ferendum causa detrimenti no- ~~absentiam à~~  
tatur : sed aut totum perit ; aut incolume perdurans ~~natura, vel~~  
fructificat. Senecta vero communis quædam corruptio ~~detracta-~~  
generibus omnibus accidit. Absurdum vero † plantas ~~tionem at-~~  
sponte oriti mutarique , appareat. ~~que amissio-~~  
~~nen ab ex-~~

ον, ἢ Διαδύνεται παροφεν. τὸ δὲ γῆρας, καὶ οὐκέτι φθορά *terna injuria.*  
τὰ plantas sic  
μεταστρέψει

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

*Ppθēιων, pistæ, unde ptisana, & nostrum pinsere. Vide Galenum, Pollucem, Athenæum.*

Oι ἄρχοι πνεγι. Triticum agreste, Cereris inventum, & colendi arte addita commodius effectum. Sic & supra.

*Paxxus ὡς αἱδεῖ ἦρα, Φυτικύπτη μόλον. Theodorus, len-  
tem, ut crassescat, paxillo demittunt. Magnum sane  
negotium, si semina sigillatim demittenda sint. Εὐθελη  
paxillum significat Ἡ quicquid inditur: cuiusmodi fibula  
que in axem immittitur, ne excidat rota, Ἡ fibulae in ponte  
Caesariano etiam à doctoribus non intellecto. Aliae sunt signi-  
ficationes etiam apud Athenaeum.*

Mis̄θεολαύστ ἡ κριτα τας ἀρχης τας πόρους οὐκοφότεν, καὶ δι-  
άλυπτα. Theodorus, ut leviora, facilioraque redditur.  
Et mox εἰπούσιον; facile, inquit, gratumque exit, non  
grave. Cum igitur ῥὸς ἀλυπτον, opponat τὸ βαρύ, hau. facile,  
Et Gracum servos significatum, Et Latinè loquare. Neque  
enim est ut apud Poetam, Tristesque lupini: ibi enim pro  
amaris. At hic oppositum gravi; sed ἀλυπτια, ut sit levitas,  
considerandum est. Transferas significatum ad concoctio-  
nem in ventriculo. Ita βαρὺ, fit grave stomacho; ἀλυπτω,  
leve. Gratuum verò, Et facile, voces sunt ambitus amplioris.  
An est, non ut opponas, sed ut addas. Τελούστοι, grati, id  
est, non tristes. καὶ γε βαρύς, ac præterea concoctiles: quia  
sic etiam distinxerat, οὐφότεν, καὶ ἀλυπτεν. Sic sanè pla-  
cet. Nam noſtri Lupini, inde arbitror, dicti sunt. Quare  
dottiſtis Poeta pro etymologia apposuit, tristes.

Πάρεστι, ἢ ἀφαιρέστων. Theodorus, offensam autem demptio-  
nem. πηδός, mutilus alibi. Hic est, ἀφαιρέστος, quae prohibetur,  
quo minus id significetur.

Οὐδὲν γεννήσας κατάλυτὸν θείον. Quæstio est: an sit

*pars aliqua in plantis, qua parte abscissa, reddatur planta sterilis? Solutio. Nulla est pars, sed aut totum perit: quare tunc non tam sterilis est, quam mortua; aut manet, fructumque fert. Objectio. Senecta redundat plante steriles, idque toto manente. Ratio ab exemplo. Videmus hoc in querubus. Sententia ad objectionem. Senecta est, θρεψη γηγν̄ πάσσων, subintellige viventibus. Soluit questionem à divisione illa. Planta melior facta plus fere: deterior, minus. Ex hac, inquit, divisione, sterilitatem elicere nullam potes propter partis amissionem. Sed τὸ ἀπότολμον, tantum ἐκ τῆς καταστάσεως. Verum hīc duo sunt animaduertenda. Primum, an ex ea divisione possit id colligi, ipse hoc negat. Deinde simpliciter, an questionis affirmativa pars vera sit. Divisio est. Quædam secundæ, quædam minus. Quare videtur etiam eousque deduci posse, ut si εἰς τὴς καταστάσεως, id est, ex maleficio deteriores fiant, etiam ex majore, magis ad privationem usque, & citra interitum, id quod sane verum est. Præterea simpliciter verum est, earum partium ablitione, quæ frustum gerunt, cessare fructificationem. Neque enim, si à ramis frustificant, dempris ramis fructificabunt. Theophrastus posuit, τὸ εἰς τὸ φύλλων, καὶ ἀπότολμον φίσαι, pro divisione. At toto hoc capite nihil. Theodorus, τὸ ἀπότολμον δὲ αὐτοῖς, interpretatus est sic, sponte oriri, mutarique. At de ortu hīc non scribitur, & nemo dubitat, sed de mutatione. Sequentem partem abscidit Theodorus à superiori, quia de animalibus est. Mibi videtur magis ex re debere continuari. Est enim comparatio mutationis. Et inclinat animus, ut caput hoc solidum ad illam usque partem deducatur: τὰ μόνον τοιούτα φύσεις.*

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES

**E**t plumbum, sive arsenicum, ut infra de caulis lib. II. cap. VIII. ubi & hoc confirmatur, & cap. XXI. Item bistor. lib VI. cap. VII. ubi & plumbum vocatur. Quare ita mendosè legitur apud Plinium lib. XIX. cap. x. Namque & ocy-  
mum senecta degenerat in serpyllum, & fisybrium  
in calamintham. Legendum enim mentham.

Πήρωσεν, οφείρεται, hoc loco sic differunt. Η τέλος πα-

*turæ vitium sit, ob partis privationem, atque absentiam: aphasias, verò sit ab externa injuria partis detracitio, atque a nissio: que & detruncatio à Plinio vocatur.*

*Dōcūs, nempe rōl' mīnādū, quod supplendum est : alius tamen fortasse legat, à rōmō, dī' cōn à', videlicet, plantas sic mutari, vel senectutem commune vitium esse.*

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**E**παπνοθέσιον.) Vertunt, si pistæ serantur. Ego vel juratus affirmare ausim, tum nec zeam, nec timor germea emissuram. Miror ignorari, quid πλεθῶν Botanicis significet. Verte, si decorticata seratur. Hesych. Πτίσις κόψη, πτώσιν κόψη, πτωσίν κυκίαν, πτίσισται διδεγαλισσι. Πτίσισται, Græcis tundere, pinse, purgare, decorticare. Decorticatum semen, terræ si committatur, pullulabit; pistum si seratur, prodibit nunquam. De mutatione zeæ tiphaque, vide lib. vii. ubi de frumentis agit.

**A**πειριγμα.) Idem Cassianus Bassus tradit lib. ii. cap. xxxix. τὸν αὐτισμὸν σὺν τῇ κόπῃ τῇ νίτρῳ μικτὸν, ὃν δὲ εἰπειν τὸν τιμόναν αὐτὰ ποιοῖται, εἰ δὲ μὴ τηνήσει πεποιηθεῖσι, βούλεται τὸν τιμόναν εὑνηδεῖν, ἐμβαλεῖ τὸν τιμόναν διάγραφον σύνηπτον, Εἰνθέντος λυθρούν τῷ ἔφορδῳ, εἴτε κρίσις, εἴτε διαχείριση, εἴτε δὲ τοῦ πλειστοῦ βαλόντος παθεῖσθαι λυθρούν αἰφανειθεῖσαν. In seminando una cum stercore, Εἰ nitrum admisceris. Sic enim parata ipsa ad cocturam facies. Quod si non succedat, ubi hoc feceris, velisque legumina brevi percoqui, parum sinapis in ollam injice, Εἰ sciam que coquuntur, dissolventur sive carnem, sive legumina coixeris: si vero amplius quid de sinapi injecceris, penitus dissoluta evanescunt.

**Φύλακτον ἵμαζόν.**) Plinius lib. xviii. cap. xvii. Lentem in fructeto & rubrico, qui non sit herbidus. Εἶμβολον vocat Theophrastus, locum fruticibus, vel, si quis

malit, paxillis abundantem. Alibi ἴμβολον, pro cuncto subterraneo me legisse memini. Vide cap. viii. lib. v. de cauf.

**T**eūs ἴρεβίνθε.) Idem ferè Geoponicā auctor lib. iii. cap. xxiv. Εἴ τοι μᾶς μέρος τῆς απορίας οὐδεποτε χαρεῖ βρέξει τοὺς ἴρεβίνθες μείζονα φύεται. τοὺς δὲ ἴρεβίνθες ποιοῦτες, πόλλα μάζας εἴναι τοὺς ἴρεβίνθες βραλόρδοι. οὐδὲ τοις κελάροις αὐλάς οὐδεὶς μείζονας περιβαζόντες, μετὰ νίτην, αποιγούσιν. Σέ πριδιε quam seminaturus es, cicer aqua tepida maceraveris, majus nascetur. Quorundam supervacanea cura est, qui majus cicer esse volentes, una cum corticibus ipsum, similiter præmaceratum, addito nitro serunt.

**Ο**ρέας.) Plinius lib. xviii. cap. xv. Ervum Martio menseratum, noxiū esse bubis ajunt, item autumno gaudinosum; innoxium autem fieri primo vere satum. Vide cap. i. lib. viii. Columella lib. ii. cap. xi. Ervum autem latetatur maero loco nec humido, quia luxuria plerumque corrupitur. Potest & autumno serit, nec minus post brumam Ianuarij mense novissime, vel toto Februario, dum ante calendas Martij; quem mensem universum negant agricultæ, huic legumini convenire; quod eo tempore satum pecori sit noxiū, & præcipue bubis, quos pabulo suo cerebroso reddat.

De apij cultura, vide cap. v. lib. vii.

## K E Φ. Z.

## C A P. VI.

## In animalium genere mutationes.

**M**ΑΛΛΟΝ δὲ ἐν τοῖς ζώοις αἱ ποιῶνται μεταβολαὶ Φυσικὴ καὶ πλείσται. καὶ γερὴ κατὰ τὰς ὥρας ἔνται σπονεῖ μεταβαλλεῖν, ὡσπερ καὶ ὁ ἕρεμος, ἡ ἑτοψ, καὶ ἄλλα τὰν ὄμοιῶν ὀργέων. Εἰ κατὰ τὰν τοπικῶν ἀλλοιοτήτων ὡσπερ ὁ ὑδρόποτος ἐξεχειν, ξηραίνειν, οὐρδίων τῶν λιβάδων, Φαινερώποτε σὲ κατὰ τὰς ἡμέρας ἔνται. καὶ μεταβαλλεῖται πλείστων ζώων. Καὶ τοῦτον οὖν, ἐπικάρπτος γύνεται & χευοτάτης. εἴτε ἐπι τοῦτος τοῦτον ζευσαλλίας. Ψύκη, καὶ ἐπ' ἄλλων σέεται ταῦτα πλειστάντων. εἴδειν οὐσίαν αὐτούς, γερὴ ὄμοιον τῷ ζητεύματι.

**N**am in animalium genere potius hujusmodi fieri mutationes naturales pluresque profecto cernuntur. Quædam enim temporis ratione mutari videntur: ut accipiter, upupa, & similes volucres. Item propter narris in locorum mutatione: ut & coluber stagnis exsiccatis viperam marcescit. Evidentissime vero nonnulla & in generali aquis exratione consistunt. Murantur enim per animalia plurima exsiccatis. eruca: ut cum ex & tinea, eruca; tum ex ea papilio gignitur. Inque alijs pluribus hoc evenire notatum est: sed & ζευσαλλία forte id non absurdum, nec simile huic, quod querimus est.

## IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**K**AI ὁ ὑδρόποτος ζητεύειν τῷ λιβάδω. Theodorus, Κατίκη, marcescit. Ne intelligas putrefactum; sed languidior fit, οὐρδίων. Iccirco legitimus apud Poëtam, attonitos hydros. imixier, est subsistere. Habes imixores siderum; & Philosophos dubitatores. E Nicandro petas hydri naturam, quid agat siccata palude, & quando cum ea commutet querum. Galenus in commentario σειράς διδοκανίας, querit quid sit, imixier, & τὸ κιστάλην, contra Favonium.

Εἰν οὐρδίων ζητεύειν. Theodorus, ex Tinæa fit Eruca. Hanc historiam habes apud preceptorem. Plinius οὐρδίων, Erucam. At ζευσαλλίας, Eruca non est, neque οὐρδίων, Tinæa. Est autem ζευσαλλία mirabilis, quasi Gammarii, aut Squilla simul compacta sub cortice: cui nulla ratione dare queas eruca nomen.

Odeutoras ἀρτων. Quia suprà dicebat, ἀττονοὶ δὲ ἀρτεῖος: absurdam videri posse mutationem, & subiunxit historiam ex animalibus, que mutantur. Posuit sententiam, ἀσθενεῖον. Sane quia est, & in natura, & ordinarium. Et addit, διὸ οὐρδίων τῷ ζητεύματι. Non igitur similis quæstio. Natura enim ut ex ovo, ita ex verme facit animal, quasi perficiens, non quasi corrumpens. Nam tametsi vermis postea non est id, quod prius erat, quod ad sensum appetit: at quantum intellectio quid percipi, & est hoc, quod erat, & hoc amplius, quod nunc existit. Neque enim vermis moritur, ut nascatur apis: quin corpori pristino addit magnitudinem, pedes, alios. Ita manente vita, alias partes, alias officia adipiscitur. Sic fœtus humanus post certos primores dies, qui à nobis in libris de semine genitali digesti sunt, ex homine in potentia, homo in actu fit. Quia ratione eum intelligas;

quo tempore anima nondum agit intellectiva, gerere proportionem talem ad futurum hominem, qualē vermis ad apem. Alio modo, alijs naturæ legibus, apes fit ē vitulo prefatio. At in mentha longe diversa observatio. Etenim sifymbrium neutram perficitur eamutatione, sed deterius fit. Ipse autem sequentibus verbis declarat, quamobrem non sint similes in plantis mutationes, & mutationes in animalibus. Quippe, inquit, in plantis evenit, οὐτομάτως τὸ μεταβολήσιον, eaque mutatione talis fit ex caelesti vi. Que verba valde sunt notanda: simul quid sit, οὐδόπεται, quod tamen cum eo conjungitur, quod ipse ζητεύειν vocat. In animalibus sic agnoverat; μεταβολαι φυτηγα. Si non sunt similes; ergo in plantis, οὐ φυτηγα videntur. Præterea, si in animalibus non est ἀντων, & id quid quærimus, non est ἄριον: igitur in plantis est ἄριον. Iccirco dixit per adversativam, ἀλλά. Quia opponitur τὸ οὐδόπεται, naturæ ordinariæ. Videbis amplius in libris physicorum. Caussam tandem hujus οὐδόπεται, elicit τὸ ζητεύμα. Intelligit ab sole, & canicula. De hoc item uberiorius ī libris disputatum est, in quibus Galeni sententie perpenduntur, præsertim in libro primo prognosticorum: si velimus paulisper exercere nos interpretationem, licet. Theodorus sic, Verum ita arbōribus, summatimque omnibus terra stirpibus evenit, ut antea jam dictum est, quo sponte germinetur, facta mutatione quadam ex vi aspectus cœlestis. Fidelius. Verum id evenit, cum arboribus, tum universo planarum generi, quemadmodum supradictum est: ut & sine naturæ instituto præter suam speciem germinent: atque ejusmodi mutatio ex cœli vi fiat. Sic cū dixit οὐδόπεται, Theodorus minus diligenter, ita. Supra

Suprà enim ostendit Theophrastus, quid intersit inter δικτυον, Εγγίξεις. ὁλως, idem summatim. Omnia potius, & in universum, ὅλῳ quoque non est asequutus. At Philosophorum orationem pro matrona sese decet gerere. Ea enim non tam ornatus indiget, quam munditiarum. Evenit itaque, inquit, materiae. Non inania verba sunt. Formae enim eveniunt materiis. Nos dicimus generi, propterea quod genus, pro materia est: differentia pro forma. Neque illud explevit, τὸ μεταβλητόν: germinetur spōte: omittit impersonale ambitionem. Veteres latini, ut Plautus & alij, item Cicero per nomen potius essent eloqui, germinatio fiat. At, quod

plus est, non querimus id nunc, an sponte germinent. Id etiam Clibanarij sciunt ruri, qui in summis furnis herbas conspicantur. Sed illud videndum, an αὐθικάτως, degenerent, id est, exeat extra genus. hoc est, μεταβλητόν, ut μεταφέρει, & μεταψήσωται: τὸ διατίμωτον, hic non est sponte, sed casu: & non eo naturae consilio, quod certis legibus certum finem appetit: sponte inquam non est, si habet à cœlo caussam. Neque dicas, τὸ μεταβλητόν, esse declaratum per id verbum, germinetur, & facta mutatione. Due namque mutationes sunt, una effectus, in planta; altera causa, ex generatione.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

**T**ρόπος, εἰπίχει. Legendum ὑδρός εἰπίχει, ut apud Constantiū Cæsarem, γεωπονικῶν, lib. I. cap. xv. ὑδρός verò dicitur à Cicerone natrīx, & hydrus à Plinio.

**Aἰδών.** Hæc vox potius poetica, ut Latinè latex, latè patet magisque quam ὑδρός. In aquis itaque maluis vertere, quam in stagnis, hydri enim non in solis stagnis reperiuntur.

**Χενοτάλις.** Lege Aristot. hist. lib. ix. pag. CCLXXIX. Ait verò Plinius lib. XI. cap. XXXII. de hoc insecto loquens;

Inde porrigitur vermiculus parvus, & triduo mox eruca: quæ adiectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantum movetur aranei. Hæc eruca quam chrysalidem appellant, rupta deinde cortice volat papilio. Idem cap. XXXVI. inquit, ex quadam tinearum genere etiam fieri chrysalidem. Lege ipsum Theophr. de Causis lib. v. cap. VIII.

## IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

**E**s. xxv.) Eἰπίχει, rectè legit Robert. Constantin. Geoponicon auctor, quem male Constantiū Cæsarem docti putant lib. xv. cap. I. Θεοφραστοῦ καὶ Αἰριστίδης φασί, τὰ γάρ τα πάντα τὰ μέταβλητα, ἀλλὰ τὰ διάτομα τὰ γένετα, καὶ διὰ τὰς γῆς σπουδαῖς, αὐτὸν δὲ τὸ τέλον καὶ τὸ φυτόν μεταβάλλει παῖς τὸν εἶπερ. Εἰ γὰρ τὰς καρκίνους φασίν εἰς ζῷον ἐπεργάτην τὸν καλεμένην ψυχὴν, καὶ τὰς διὰ τὰς τοικες καρκίνους εἰς καρκίνους, τὸν τὸν δρόμον εἰς ἔχειν ἐργαλούσιν τὸν τρόπον. Εἴ παν δὲ τὸν πάς ἀρχές δικτὺς μεταβάλλειν, πάτερ ὁ ἄποψις μεταβάλλειν, καὶ σερβίταις, καὶ οἱ καλεμένοι φανηγοῦσι τρέπονται. Theophrastus & Aristoteles produnt animalia, non solum ex animalium coitu generari, sed etiam sponte natura provenire, & ex putrefcente terra, ex ipsis autem animalibus & plantis quadam transmutari in alia, nam erucam ajunt transire in aliud animal alatum, muscam vocatum, & erucas fici in cantharidas, & Hydram in viperam, ubi stagna sunt exsiccata. Quædam certis temporibus transformari videntur, velut accipiter & upupa invicem transformantur & erethalos & qui vocantur phoenicuri astivit.

Chryfallidos historiam tradit Aristoteles lib. v. Hist. animal. cap. xix, Γίνονται δὲ αἱ μὲν καλεμέναι ψυχαι ἐκ τῶν κριτῶν. αἱ δὲ, γίνονται τὰ τὸ φύλακα τὸ κλωττόν, καὶ μείζονται ἐπὶ τὰς φαράγγας τῶν καρκίνων ποστόν μὲν ἔλαστον κίνητον κίνητον μικρὸν σπάληκτον, καὶ ἀνέκαρδορον: παίεται τὸ τελονίον κίνητον μικρού. μετὰ δὲ τοῦτον ἀνεκτίσται, ἀκιντίζεται, καὶ μεταβάλλεται τὸν μορφῶν, καὶ καλοῦσθαι καλεμένοις, καὶ τολμηρούς ἔχεται τὸ κέλυφος: ἀποτελεῖται δὲ κινοῦσται. ἀπείκονεται, δὲ τὸ σέργος θρακιδινόδεσιν, οἱ ἔπει τόμαι ἔχεται, ἔπει ἄλλο τὸ μοσχόν μεταβολὴν διεισιδεῖν. Λερών δὲ πολὺς διελόντως τὸν ἔργον γίνεται τὸ κέλυφος, καὶ ἐπέπτεται εἰς μόνην τετραγωνικὴν μορφὴν, καὶ μεταβολὴν μεταβολῆς, οὐδὲν εἶται μενονται, οὐτε σφρίνεται κατέπλανα. Fiunt igitur papiliones ex eruci. hæc autem ex folijs virentibus, potissimum rhaphani illius quam brassicam aliquis vocant. Primum milio minor est, deinde minutus vermes, tum crescentes tertio die eruce pusillæ, post hec autem nullum

motum edunt, ac formam mutant: vocanturque chrysalides, crustaque dura continentur, atque si attingantur, mortuum edunt, araneosis meatibus obducuntur, quæ neque os habent, neque partem ullam aliam manifestam. Crusta multo post tempore obrumpitur tandem, unde alata anima evolant, quos nominant papilones. Initio igitur dum sunt eruce & aluntur, deficiunt excrementum, facie que cum sunt chrysalides, quicquam neque gustant, neque excernunt. Enī φύλων, intellige, non ex ipsis folijs, sed eorum lentore. Plin. lib. xi. cap. XXXIX. Multa autem insecta & aliter nascuntur, atque imprimis ex rore. Insidet hic raphani folio primo vere, & spissatu sole in magnitudinem milij cogitur: inde porrigitur vermiculus parvus, & triduo eruca: quæ adiectis diebus accrescit, immobilis, duro cortice: ad tactum tantum movetur aranei. Hæc eruca quam chrysalidem appellant, rupta deinde cortice volat papilio. Quod de universo quodam genere insectorum prodidit Aristoteles, Plinius de papilione particulatim refert. Nec raphani folio insidere scribit Aristoteles, sed ex foliis virentibus brassicæ, seu potius foliorum lentore nasci tradit. Confundit ubique fere Plinius raphanum & brassicam. Vide quæ supra lib. I. diximus, antiquos nimirum ῥάφανον, brassicam vocare, recentiores vero Græcos, τὸν ῥάφανον ῥάφανον, quod imitati sunt Latini. Ad tactum tantum movesur aranei. Quid illa verba significant, ignoro; corrupta fine dubio. Lego cum doctissimo Dalecamio, Eruga quæ immobilis accrescit, sed adiectis diebus, dura testa cortice & araneis obita, ad tactum tantum movetur. Hujus erucæ quam tum chrysalidem appellant, rupta cortice evolat papilio. Vel postrema in hunc sensum legi possunt; Ex eruce, quam tum chrysalidem appellant, rupta cortice evolat papilio. Vide lib. v. de caus. cap. viii.

## ΚΕΦ. Ζ.

## C A P. VII.

## De satione, &amp; scrobibus, &amp; radice, &amp; positu arborum, &amp; satione ficus.

**Α**λλ' ἐκεῖνο συμβαίνει τοῖς τὰ διένθρακας ὁλως πατσαν τὰς ύλες, ὡστε ἐλέχηται καὶ τοσόπερον, ὡς εἰς αὐτομάτως μεταβλεσσεν, μεταβολῆς τῶν γνοιμάρης ὃν τῶν ἔργων τοιαύτης. τὰ μὲν γάνθια τὰς γνοιμάρης καὶ μεταβολὰς, ὃν τὰς τρίτων ἔργητον. ἐπεὶ καὶ αἱ ἔργασσαι καὶ αἱ ἔργασται μεταβολαὶ συμβάλλονται, καὶ ἐπὶ τοσόπερον αἱ φυτεῖαι, καὶ ποιῶσι μεταβολὰς Διαφορές, λεπτεῖαι καὶ τοῖς τρίτων καὶ πεῶται τοῖς τρίτων φυτεῖαι, αἱ μὲν δι-

**V**erum ita arboribus summatimque omnibus terre stirpibus evenit, ut ante iam dictum est, ut sponte evenit tum te facta mutatione aliter germinent, ex vi aspergente arboribus, etus cœlestis. Generationes igitur mutationesque ex tum unius hisce contemplandæ. Cum vero cultus operaque plurimum valeat, atque etiam magis sationes magnas differentias faciant; de his quoque referre decet: & pri-

mo de satione. Et tempora quidem ante exposuimus, supra di-

lum est, ut sine naturæ instituto, præter suam speciem germinent, atque ejusmodi mutatio ex cali visit.

quibus

† quibus plantas quam primum petere conveniat: & plantæ ad  
à solo simili ejus quo ferendum statueris, aut etiam transplan-  
dum peti  
deteriore. Scrobes vero tempore ante longissimo  
atque altius semper defodiendum: etiam ijs quæ debent acci-  
telluri summae adhærent. Radicem autē nullam al- piendæ au-  
tius descendere † ternis semipedibus quidam volunt: tem sunt, ex  
itaque illorum consilium itprobat qui altius ferunt. terra quam  
Sed haudquam recte id affirmasse in plerisque vi- simillima; ea  
dentur. Nam si aut solum altum, aut regionem com- saltem non  
modam, aut etiam terram facilem nanciscantur, ex deterio-  
multo longiore radicem impellunt: quæ scilicet re; plantan-  
apta sint stirpe alta adhærere. Pinum itaque † vœte de autem  
sollicitatam, quo transferetur, longiorum quam octo sunt in si-  
cubita radicem habere, quidam vidisse retulit, quam millem aut  
quam non totam refossam sed abruptam. Plantas, si non detur,  
fieri possit, " corpore fibrato capi oportet: sin mi- riorem.  
nus, ex parte potius inferiore, quam superiore afflu- " In summa  
mes: præterquam in vite. Et fibratas † in recto de- terra obre-  
mittendum: at † infibres, aut ad palmi magnitudi- punt.  
nem, aut plus paulo sternendum. Quidam etiam fi- † sesquipe-  
bratas ipsas sternendas præcipiunt. Positum quoque labefactatā.  
obseruandum ex æquo, quem arbores nonnullæ ha- " aliquid ra-  
berent, aut in Aquilonem versæ, aut in Orientem, dicū haben-  
aut in Meridiem. " Plantas etiam ipsas viviradices tes.  
faciendum; quæ scilicet pati hoc valeant. Alias apud ponendum.  
arbores ipsas; ut oleas, piros, malos, ficus: alias ex- † radicibus  
emptas; ut vites. Quippe cum istæ apud parentem carentes.  
viviradices minimè effici possint. Si autem planta " aut occi-  
fibratae, aut particula stipitis suffultæ accipi nequeat, dentem.  
ut oleæ, † lignum subtus scindendum & lapide inter- plantæ etiā  
jecto ferendum: pari modo & fici & reliquarum. ipsæ ex sto-  
Seritur ficus, & si quis † ramum vastiorem exacutum lonibus ra-  
percutiat malleo: quoad super terram exiguum re- mulisque  
linquat, ac deinde arena superinjecta operiat: easque propagan-  
plantas meliores effici volunt, quamdiu novellæ ex- tur; quibus  
tant. Vitis quoque satio similis cum palo seritur. Plus dam conve-  
enim ratione infirmitatis palmitem antecedit. Se- nit ferere,  
runt hoc modo & punicam & alias arbores. Ficus, tri adnexis, stolonis-  
si " juxta scillam seratur, ocyus crescit minusq; à ver- ut oleæ, py-  
mibus infestatur. Summatim omne scillæ † appositū, ro, fico, ma-  
facilius germinat, celeriusque augescit. Quæ autem lo. Vitis verò  
ex trunco præcisaq; seruntur, † deorsū versus sectura propagari  
inversa serere oportet, nec palmo minora præcide- vult, ramo  
re, ut retulimus, corticemq; minimè detrahere. " Se- ab ipsa ar-  
runtur autem ex his rami: † quibus germinantibus, bore ablato.  
terram semper assidue accumulandam: quoad satis hæc enim  
corroborentur. Hæc oleæ myrtique satio propria apud paren-  
est. Cæteri autem communius omnibus competit. minimum  
† Ficus in radicando præcipua, & satione qualibet procreare  
maxime inter omnes arbores provenit. Punicas, † fici.  
myrtos, lauros, crebras serere, non plus quam nove- † surculum.  
nos pedes distantes, præcipiunt. Malos distantiores in.  
paulo: " piros amplius & prunos. Amygdalas & ficos; † impositū.  
multo amplius. Simili modo & † punica. Pro loci † vide an-  
quoque ratione intervalla relinquenda: in montanis notata.  
enim minora, quam in campestribus. Omnium autem " enascitur.  
(ut sic dicam) maximum; ut solum commodum con- † quibus  
veniensque cuique tribuatur. Tunc enim præcipue enascenti-  
quodque viget. Ut autem absolute loquamur, oleæ, bus terra as-  
fico, utique solum campestre maxime competere sta- fiduè agge-  
tuunt: † nucum autem pomorumque generi radices ritur ad in-  
montium. Nec inter ea quibus genus commune est, † ficus satia- tegrā usque  
solum accommodandum ignorare oportet. Vitium ad radices;  
differentia maxime numerosa est. Quot enim gene- emittendas  
ra telluris: totidem & vitium esse quidam affirmant. nulla præci-  
Quæ cum secundum naturam seruntur, frugiferæ pue eget  
proveniunt: cū præter naturam; facile sterilescunt. satione, sed  
Igitur hæc omnium quodammodo communia sunt. omnibus  
medis pro-

"pyros amplius pyrosque sylvestres translatas, ægædæs, id est, sylvestres  
ante translationem dictas. † ola. ‡ nucum generibus.

## IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**T**A μὲν οὐδὲ τὸ τέλος γνωστός. Hinc melius diversum caput inchoare. Est autem transitus à mutationibus àntropatōis, ad arte factas mutationes. Artis summan statuit εἰ φύσις, Σub ea θεατίαι καὶ θεαταῖς. Theodorus melius fecisset, si θεατίαι, operam dixisset, θεατίαι, cultum: quod Σuprà memorabamus. Illa est laboris, hec artis. Colere autem Graecum priscum Aeolensium, ut in originibus dictū est. βανόλος, ampliore apud veteres significatu tanto, quanto vetustior pastio aratione.

Τὰ φυτὰ λαμβάνειν καλέσον ὡς πάχια. Theodorus, quibus plantas primum petere conveniat. Κελεύσον, fortasse plus faueret huic sententiae. Sed quid est ὡς πάχια? Libet sic ariolari. Vocant rustici λαμβάνειν τὰ φυτὰ ὡς πάχια. Suis temporibus quae seruntur, celerimè proveniunt. hoc καλέσον, in plantis λαμβάνειν, sic etiam hodie loquimur. Et Palladius in Tertio: cujus beneficio afferunt sata omnia comprehendere. Molliorē orationē fortasse ad hunc modum probes. καὶ οὐδὲ τὰ φυτὰ λαμβάνειν καλέσον, οὐ φύτευεν ὡς πάχια. Verum in illo, καὶ φύτευεν ὡς πάχια, est, quod aut queras, aut desideres.

Τὰς δὲ νυχές. Theodorus, scrobes. Varro in primo de re Rustica, sub terra in Asia scrobes ait facilitas pro granarijs: easque Graeca vocē Syros appellari. Ita enim scriptum est, non νυχές. Διαδέκτη, commune nomen universē annone, καλέσον ad eum usum significandi apud Hesiodum interpretantur. νυχές, foſtiones, Σ pastinationes, Σ scrobes; legas in libris γαπτονια, in quibus etiam horreum, σπόδαλον.

Τελώνημα ποδίον. Tres semipedes, Theodorus. recte. Latini, sesquipedem. Similis loquutio infrā quoque.

Τὰ μὴ εγορέ πίζα. Theodorus, fibratas, probē. At τὰ μὴ εγορά, infibres, ambitiosē. Quinetiam fibra, non omnis radix, sed tenuis tantum, Σ radicis capillamentum. Itaque videretur eas excludere, quibus etiamnum ē justa radice sit aliquid reliqui: minus commodē, σπόδαλον, subjecere. Theodorus. recte, sternere, flexas scilicet.

Οὐδὲ δὲ σύδερητα τὸ φυτόν Σ αεροφύτευεν. Theodorus. Plantas etiam iphas viviradices efficere oportet. At jam dixit hoc, τὰ σύδερητα ψόφρεζα. Hec Σ viviradix, quam ipse malebat ibi fibratam appellare. Viviradix, est tum à vita, quam vivit: tum ab radice, propter quam vivit. Περιφύτευεν, est genus, ad viviradicem, Σ ad quemcunque modum propagationis: sive ab ramis, aut sarmentis fiat, sive ab eo, quod sobolem vel stolonem veteres Latini, Vascones Barbatos vocant. Sic etiam ipse dicit: τὰ μὴ εγορά, τὰ δὲ εφεροῦται. Demosthenes in Oratione contra Aristogitonem metaphorice usus est ad hominum successionem. Illud majoris opera. Nam quomodo intelligas, διότι οὐδὲ πάντας μοσχήν. Quippe Σ stolones emitte, Σ propagare solet, vel tot modis, quot dicebamus, σπόδαλον κληματίδην vocat Anatolius.

Mη δὲ διατείνειν. Theodorus, ψόφρεζα. recte. In nostro

Codice illa desunt. Oleo lignum scindendum, atque lapide indito ferendum. Καρδίλων παχεῖαν. Theodorus παχεῖαν videatur legisse: vastiorem, inquit. Ita Plinius, παχεῖαν, arguit reponeres. Vetustiores enim asperiores sunt. Suprà quoque anniculas, sive annotinas rejicerebat.

Ἐπισκόπη. Theodorus, non in scylla, sed juxta. Et iterum mox, de eadem, εἰς σκόπην, idem, juxta oppositum. Sic Σ in lib. vii. εἰς σκόπην. Et Theodorus ad hunc eundem modum, apud eam. Palladius tamē in Tertio, sarcimentum intra līquillæ bulbum.

Φυτά τὰς δὲ εἰς τούτην τὴν. Theodorus, seruntur ex his rami. Sic enim mandantur illa ανθεμαῖα. At cùm terræ jam mandata sint, quomodo ex ijs rami seruntur? Nequam φυτεύειν, sed φύτευε, enascentibus humus aggeritur: hoc enim est, φυτεύειν. Γεντας ἀγενεῖς. Theodorus, corroboratur, recte, donec adultum fuerit. Ita latinē dicimus, etate integra, hoc est, ἀρπα.

Κέρατον δὲ τὸ μέσον θεατά, οὐ φυτεύειν μάλιστα τὸ πυχόδον ή συκῆ. Brevis, Σ Attica, Σ rotunda loquutio. Theodori, horrida, Σ infelix, Σ obscura. Ficus in radicando præcipua: Σ satiatione qualibet, maximē inter omnes arbores. Intelligas, Ficum satam ad radices emittendas nulla præcipue egere satione: sed omnibus modis provenire.

Ωρώντας δὲ τὸ πέπλον. Simili distantia scilicet, quo intervallū amygdalus, Σ ficus. At hæ majore, quam pyrus. Pyrus, quam malus. Malus, quam πέπλον. Ut aut sit in Codice mendum, aut in autore contradic̄tio. Animadvertes etiam πέπλον, η ὄχις. Verumque alibi pyrum sine discrimine significat. Theodorus legit, prunos. Verum hi nequitam tantum exigunt intervalli, atque malus. Duas species capere commodiū est.

Τὰς ψόφρεζας. Distantias, Theodorus. probē. Αγέσσον, est distantia, ut notat spatiū. ψόφρεζα, est distantia, ut notat moram, atque immobilitatem: id est, privationem ad propius accedendum. Sic apud Livium, feras subsistere; quod alij, expectare.

Ελαῖον, η συκῆ, Σ αρπίλα τὸ πέπλον πέπλον. At contra doctissimus Poëta:

— Apertos Bacchus amat colles.  
Et sane ita est. Ficus quoque montani meliores, atque sapidores.

Χρὴ δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁροφύται μὴ ἀγροῦ τὰς δικτιας. Ne recenseret omnes arbores: proportionem, ac similitudinem generum proportionis, ac similitudini terræ accommodavot: sed mirum. Quot enim, inquit, terræ species, tot Σ vitium. Ego verò nego id: ajoque, aut esse hoc in vitibus falsum, aut omnibus arboribus commune: ut aequa juventur sole, ledanturve, aut alio modo aliae ab alijs terris afficiantur. Præterea atque in summa dico, non speciem mutari à terra: verum eandem in diversis inveniri: modum verò tam ceteris plantis, quam vitibus, Σ adesse, Σ abesse.

## ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

**E**τ οὐοις. Hunc locum etiam attigit Plinius lib. xvii. cap. xi. ubi ait, Ante omnia igitur in similem transferrit terram, aut meliorem oportet. Sic verò Cato de re rustica cap. xvi. Et quam simillimum genus terræ εξ, ubi semina positurus eris. Quod præceptum Virgil. Georg. ii. eleganter exprimit,

At si quos haud ulli viros vigilantia fugit:  
Ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur Arboribus seges, Σ.

Lege etiam que scribit Constantinus Cesar γεωπονικόν lib. ii. cap. pen. Dixit etiam ipse Theophrast. de Causis libro iii. cap. vii. plantas, η οὐοις γῆς, η δὲ μὲν μὲν καίειν Σ λαρυγάνων. Quo loco, hic depravatus corrigitur.

Πνεύματα πεστεῖται. Legendum γέτεις πεστεῖται, id est, scrobes prefodere: ut ex hoc loco vertit Plinius libro xvii. cap. xi. Lege etiam Theophrast. libro iii. de causis cap. v. Σ xviii.

Τελώνημα ποδίον. De scrobium altitudine consule Plinius lib. xvii. cap. xi. ubi ait ex Græcorum autoritate non altiores quino semipede esse debere: nusquam verò sesquipedie minores Σ.

Πίνεν μεμονωμένην. Pinus vectibus labefactata, ut loquitur Cicero, vel eruta, Σ exempta. Nam Σ arbores in translatione ex seminarijs ita educere præcipiunt, ut exemplas radices esse, non avulsas appareat. Lege Plinius libro xvii. cap. xi.

Ορθοίσθια. Ex hoc loco dixit Plinius libro xvii.

cap. xi. Radices inflexas ponit melius. Notandumq; inflexas nove dixisse. Nam ἀντιτίτας ηλίου esse vult. Infrā εἰς Σ ηγετοντα, intellige αντιτίτα, post secundum ψευδάδειν.

Τίτιν. Hoc præceptum de situ atque positione arbuscularum, que transferuntur ex seminario, ita expressit Virgilius Georg. ii.

Quinetiam cœli regionem in cortice signant. Ut quo quaque modo stererit, qua parte calores Austrinos rulerit, qua terga obverterit axi, Restituant. Ex quo dixisse videtur Columella lib. iii. cap. ult. Quinetiam quam cœli partem spectat genus quodque vineti, plurimum refert: neque enim omni calido statu, nec rursus frigido latetatur, sed est proprietas in furculis, ut alij meridiano axe convalecant, quia rigore vitiantur: alij Septentrionem desiderent, quia contristentur æstu: quidam temperamento latentur orientis, vel occidentis, Σ. Idem lib. de arbor. cap. xx. Priusquam arbusculas transferas, rubrica, vel alia qualibet re signato, ut iisdem ventis, quibus ante stererunt, restituas eas. Et Palladius in Februario cap. xix. Plantas, inquit, similiter notabimus, ut iplis quibus stererant cardinibus opponamus. Quare, ut apparet, Plinius ita scribentem lib. xvii. cap. xi. Catois authoritati, Σ diligentiae nimium tribuisse, atque fidissime judicandum, Non omisit idem, inquit, si attineret meridianam cœli partem signare in cortice, ut translata

translata in iisdem & assuetis statueretur oris, &c. Constantinus Cæsar etiam *εἰς μεταφυσική λογον*, id est de translatione arborum ex seminarijs, inquit lib. eod. *Διὸς οὐ εἰ τὸ φυτόν τὸ δένδρον, φυλάσσεις εἰς ἀνατολὴν καὶ σύντονον δέχαιον χώμα.* Lege etiam, quæ scribit ipse Theophrastus de causis lib. III. cap. VI.

ἐστιν τις τοῦ ριζῶν πινάκις αἰθίτεινη. Μὴ δὲ τοῦ ἀμπέλων τάχτη  
πιεστιν ὅταν τὸ τριγυῶστο πάτητολης. Τοῦ δὲ συκῶν περὶ  
τὸ αἰθίτεινην εἰς τὸ Φέρεν τοῦ αἰθίτελάτητος καὶ κατασχά-  
ζεται τὸ σέλεχη, καὶ Φαστ Φέρεν μᾶλλον. ἀμυγδαλῆ  
τοῦ πάτητολον ἐγκέψατε σιδηρῶν, ὅταν πτερύνασιν,  
αἷλλον αὐτῷ πιμβατήστε δρύινον, τοῦ γῆρακού πάτητον ὃ καλεῖ-  
σί πινες καλάζειν, ὡς οὐερίζον τὸ στένορον. πιετὸν δὲ  
τἄλλων Βαρ. τάχτη τῆς ἀπίσ, καὶ ἐπὶ τὸ ἄλλων πινές πιεστιν. Καὶ  
τὸ διαδέσχεται. Αρχαδίας δὲ καὶ τὸν τὸ δέσμοντας καλέστι γεῖται. πόλις  
γάρ τὸ στένορον τάχτη αἰθίτεις. καὶ Φαστον ὅταν πάθῃ  
τάχτη, καὶ τὰς μὲν μὴ Φεράστας Φέρεν, τὰς δὲ μὴ πετή-  
στας, σκπττειν καλῶς. ἀμυγδαλῶν δὲ καὶ στοιχεῖς  
γύνεται γλυκεῖται, εἰς τὸ αἰθιορύζας τὸ σέλεχθ. καὶ  
πιεσάντας ὅσον παλαισταῖον, παντεχόθεν τὸ δότορρέον  
δάκρυον, θλίπη τινα τὸ εἴδι κατέρρειν. τάχτη μὲν αὐτὸν εἴη περὶ  
τὸ Φέρεν ἄμα καὶ περὶ τὸ εὐκράτειν.

modo & si quam radicis partem secueris, fructum  
creaturn iri. Quamobrem radices vitium summas,  
quam farmentis luxuriant, & evellunt. Ficorum  
non solum radices amputant, verum etiam & ob-  
ducto cinere obstruunt, & passim caudicem scin-  
dunt; itaque fructum copiosius dari affirmant.  
Amygdalæ "palo ferreo infixo, cum penetraverit, "cuncio.  
alium quernum foraminis factō adiungit, terraque  
occultant: quod punire nonnulli vocitant; perinde,  
ac si arbor lasciviret. Hoc idem & in piro fieri  
& solet. Amygdalam & ex amara dulcem effici vo- + solet. &  
lunt, si quis caudice circumfosso præterforatoque, alys. In  
mensura dodrantali, undique lachrimam effluentem Arcadia  
in idem defluere sinat. Sed hoc tam ad fructifican- sorbum  
dum, quam ad bene fructificandum conferre cre- dabuxit, id  
ditum est. est, qui tae-  
dam gestat,

Scatet hæc regio sorbi. Ferunt incolæ steriles, fore fructiferas, & quæ ad maturitatem producere nequeunt fructus, exactè maturos reddituros si caudici infigatur tæda. Quæ in editione Leydenli prætereuntur.

IVLII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

**P**auvūc. *de war. rat.* Theodorus, omnia prona, ad verbum. Hoc enim significat, πεισθεῖς. Declarat tunc quomodo Theophrastus. Cara enim appellat τὸν ἄντα, quippe τὰ γῆλα; mox dicit, ἀλλὰ τὸν θέρον. Superiores igitur partes, πεισθεῖς, vocat. At supra lib. I. τὰ γῆτα, πεισθεῖς agnoscet: ubi de foliorum inversione loquebatur. Hic autem sequutus est, ut monebamus, praecceptorem.

Ovuli & glomeris nis dōz̄as. Principia, appellat umbilicum: principium sanè est plantæ. Inde enim prodit. Quin etiam est item seminis ipsius principium, qua suscipit alimentum. Id quod tum in alijs, tum in avellana animadversas. à mucro enim, qui circumstat nuculam, egreditur vena quædam nervosa: eaque pertingit ad summam ligulam, quam vulgo germen appellari diximus. Id ait in palmula nis iuxtagis solis notum. A nobis multò ante perspectum fuerat, quam Theophrasti locum hunc legissimus.

A ὀτῷ οἷς ἀδεῖς ἡ φύσις. Mirā natura, ceterisque penē omnibus contraria. Dico, penē : quia etiam asparagi siccseminantur, pugillatim semine demisso. Ceterum pleraque deterius ἐγριuntur, ἐpullulant, ἐperficiuntur. Item illud alterum ἐque mirum, aut magis : ita coalescere, ut unus duntaxat stipes non solum videatur, sed etiam sit.

παντας ταχατης πρεπει γιαν φυγαδειν, γεν επιλογη.  
Φιλοι οι καλων αμμωνει. Theodorus addit, falsuginosam.  
Sic Pliny verba : & nitrosa; Ε hic, αυτος οντωνταιεν. non,  
οντωνταιεν. Que vox in libro de odoribus haud semel, neque  
uno modo est depravata; Αφεντισματα, Αφεντισματα, Αφ-  
εντισματα.

*H' iridē ἀλαῖστε τυγχάνεται ἔχοτες. Theodorus horum verborum agnovit nullum.*

Phiλει τὸν ὑδρίαν. Terram riguam, ut utramque naturam agnoscas, & soli perse arenosi, & aliunde uidi. Iccirco dixit,

*Infrā, iōpēas, aquationem.*  
P' a' dōi mi' dōpēas. Verbum mirum, quasi dicas, derigantur : sicuti, debellare, à recto si' clantur.  
*Kapwōr iōpēas.* Ita scriptum est unico accentu. Quid si dividas ad hunc modum : iōpēs pākēdō : quiamas cōgrōtōs ov' dōpēas. Ut mas primū floreat, scēmina illicē edat fructum.

Oἱ δὲ μαθαγκπίλωνι Theodorus interposuit apertiores divisiones. Contra, omisit illa, ἵνα δὲ καὶ ιωώδες. Lego vero

εὐχύλις, καὶ ἐνώδης.  
Βάττης τοῦ πολωνοῦ. In prisci Batti hortis ad Babylōnem. At Battus in Cyrenaica, ea in Africa, Babylon in Asia. Errant enim qui Memphis, Babylonem dictam putant ab antiquis. Strabo etiam τὸ Βαθυλώνιον Φεύγειν, remperpissillam, & à Memphi diversam prodit: itemque ejus appellationis caussam assignat Battum veterem dicit; quemadmodum & Catullus. Plures enim fuere. Hæc Herodotus Melpomene.

Oὐ γὰρ μεγάλοι, οὐ μακροί, ἀλλὰ βραχεῖς. Ne proceros, εἰ effusos putes, sed *G*humiles, *G*astrictū ramis.

*Onomasticorum. At quæ ex Alexandria palmulæ ad nos afferuntur, permultos durant annos. Quas, si dicas, ab Indi convehi; quæram qua ratione peculiari vocent aliud certum genus medicatum, Tamarindos. Tamar enim palmulam significat. Plinius quoque hæc sequutus ait, Africanas cito evanescere.*

Ε' σι τῇ Δαπτίᾳ πάντα ποντικίφαλον. Cum multis, μήτερ  
καρδία, εὐχέρδιον, εὐχίφαλον, sit idem in arbore. Non potuit  
Theodorus cerebri appellationem ab imo arbore excludere:  
at excludit, ubi dicit: quino cerebro. Non enim ab imo  
quinque partitus stipes est. In palma tamen videtur pars  
summa tantum ita dici. Nibilo secius videamus bic non  
πεντεχίφαλον, sed πενταφάλον: quemadmodum est apud  
Pindarum ἐγκόντικιφαλον. Si audeas, ut biceps, triceps:  
ita quiceps, centiceps. Lapæa Cretæ oppidum, quam Pto-  
lemaeus Lapan. Apud Plinium correxit doctissimus Her-  
molaus.

Οὐ καλῶς γενόντι τοῖς εὐτροφίσμας. Theodorus tollit, εἰ καλῶς: ἀτάκη quidem ἔχων. Arenosum namque solum deteriorius est: Εἴ tamen producit probatiores.

Xαμαιρίφης. In nostro codice Plinianum scriptum est, chamærepes. Hoc ab *πίτω*: illud ab *πίτω*. Hermolaus neque judicat, neque indicat: sed in corollario prudenter utrumque complexus est illis verbis, abjectam, & repente humi. Prima annotatio hæc est. Secundo. Hermolaus aliam tradit banc, & illam, quam Dioscorides *χαμαιρίφης*, vocat. Neque tamen potest caussas adducere: sola quippe nomine posito à Dioscoride. Tertia. Chamæriphas putat idem easdem cum *ījs*, quas Siculum vulgus Ciphilionem. Neque tamen Theophrastus usum ipsius cerebri in cibo dixit. Quarta. Mirum cum vir ille divinus harum historiam repeteret: ex Plinio potius transcripsisse, quam indicasse è Theophrasto. Præterea idem ait, Cipnilionem etiam palmidium dici, à quadam palmæ spadicum similitudine. Hic duo sunt animadvertenda: nam neque est similitudo spadicum magis, quam foliorum: neque hæferrunt ramos quos spadicæ appellare queas. Punicei enim non sunt. Ad hæ palmitam Hispani, non palmidium nominant: neque debuit Græcam flexionem accommodare Latinae voci, sed Barbaram non refugere, ut res quemadmodum est proderet. Item de palmitarum radice nihil, quæ tamen mirabilis est, peponi non absimilis figura: concretio pinguis, & tuberacea medulla intus: gustus gratus assuetus. Vtus ad Venerem tum excitandam, tum augendam. E Sicilia Romanam afferunt Pontificalibus jejunis venalem. Quo urbe illa celestis vivat: id quod facit sanctius, & purius. Averroë Margyllion, aliquis Hispaniæ populus vocet, nescio Scio ad Carthaginem ejus Provinciæ Margaiones nominari. Genuenses appellant Strofogiones. Neque Margaritis dictas arbstror, ut putarunt: si rubras fertur.

Præsertim cùm diversa sit ab ea, quam Margaridem prodit Plinius ea de cauſa vocitatum. Diversam verò esse necesse est, si ea Margaris unica sit in Chora. Ac propterea avis illius singularis, atque hujus demum palme nomen commune factum fons. Si igitur cum ave quia singularis: quoniammodo duas tradit: unam in Chora, unam in Syagris. Præterea si eadem species est Margaridum: qua ratione dixit, præcipuum obtinere nobilitatem Syagri. Et subdit: proximam Margarides. Hermolaus Choram nominavit: Syagros subtinet. Ruellius, qui suo more omnia converteret, ac faceret scopas, cum verba Hermolai, ut solet, describeret: omisit illa, baculas rubentes illas, dumulos, ab Hispanis vocari. In Hermolai codice inter historiam palmarum cœduarum, non cerebrum, sed ægry, scriptum est. Hec præter institutum deduxi: ut, quemadmodum diligentius in commentarijs de plantis fecimus, autorum fiducie labore nostro perspecta foret.

E' εἰ τὸ δῶμα φυτέας. Hinc diversum caput erat inchoandum. Redit enim ad propositum: ubi vides historiam, quod toties monocabamus, confundi. Rectius, ut dicebamus, partes primo ponerentur loco. Deinde genera. Tertio generationes. Quarto effectus naturales. Quinto artificiales; à satione, à materia edificiorum, à materia ignaria, & alios ejusmodi. Plinius quoque, qui hujus diligentie acrior exactor fuit, carbones etiam his admisceret. Verba verò quoniammodum intelligamus, videndum est. Nam τάρανταν Theodorus vertit, in contrarium. an verò tandem est, quod ait Plinius, inverso surculos atque ille de salice tantum, de his non ita. Idem ιόδος γινόμενος, alia diversa mentionis est lectio. Pro his enim scribit: pampinum lascivorem; & pro eo quod est in Græco, γρίνης, ponit, acinos. Ego verò lego sic, & sic interpretor. οὐαὶ τῷ πόδει γινόμενος, scilicet εἴνως. Punicam, sicut & vitem. Nam & mox siccum; atque iccirco lego, κυτίνης, non γρίνης. Si immersum seras surculum, rami haud ita surrecti sunt, sed potius proniti. Igitur sicum si seras ad eum modum; erit, ut apud nos legitur, κυτίνης: non, ut Theodorus, ινσαρίνης. Scansilem, interpretasur. Ne præteamus illa, & οὐ αὖτις διπλάσιον φυτεῖν τὸν ταράντα. Oportet enim, τὸ φυτεῖν, activè ponit. Contorto namque fructus pediculo, minus humoris accipit, cuius copia nimia dilabebatur.

Ai μὴ οὐ φυτέας. Suprà dixit, φυτέας, & ιγρασίας, & θιγμήας. Haec enim τὸ φυτεῖν. Nunc de alijs. Itaque novum caput hinc.

Συντὸν οὐδὲ αἰθλαστήρα μὴ. Theodorus legit, ινσαρίνης recte.

Τάραντης τὸν αἰραγκαστήρα τὸν βλαστόν, τὸν τερπίνην, τὸν εὐκαρπίαν. Dixerat, multa, putatione indigere myrtum, & oleam. Ratio duplex. Melius germinat, & plura fert, excipit vitem. Excipit ergo, aut propter utrumque, aut propter alterutrum. Quare Theodorus ita: In hac enim plura re-

linquere ad germinationem, quam ad fructificationem, satis est. Plinius ait, Myrtum, punicam, oleam, alternam exigere putationem: vite autem, annuam. Pauciora ergo in vite relinquuntur, si annuas vices spectes. Quinetiam cum putantur, & hec & ille: pauciora relinquunt in vite, quam in myrto, & olea, & punica, quis dubitet? quare, τὸ τῶλον αὔτις, ita accipiemus. Illis inter omnes arbores plurimam deberi putationem, excepta vite duntaxat: quippe cui major & exactior etiam debeatur. Idque adeò verum est: ut in vineis bonos ad summum pamphinos ferè aptent, unum productorem, quem & curvent: alteruum brevissimum, duarum tantum gemmarum. Verum hos in leterioribus vineis, atque ubi sunt pedamenta; in alijs plerisque unum modo.

Πολυχρονίας, & ιχυρόπετος. Quia dixerat, vetulas arbores novellandas ramorum putatione. Et addit, hoc esse Androctionis opiniones: eas exactius contemplandas esse: præsertim cùm neget medullam esse Olivæ, & Myrto, & Punicae. Hoc enim falsum est.

Αριστονίδης, ιδρυματικός, τούτων φυτών. Hic optimum accipit in genere simi, acerrimum. Ita Chartodran (Barbarum sancē nomen) existimasse. Scio ego columbinum finium esse acerrem, & calceos exurere, humanum non item; & subest ratio. Humidior enim: atque iccirco acrimonia dilutior. Plinius alia, atque aliter ex Varrone, & Columella. Nota ex Theodoro, ιερὸν οὐδὲ οὐρανόν. Transtulit, jumentorum, Plinius verba suo more potius, quam autoris sequutus fidem. Puto tamen Melius, pessimum esse. Ac de Asinino alia sententia Plinius, συμμαχητης, vertit, stipularius. Melius, & quisquilius: neque enim stipula sola, συμμαχητης.

Οὐαὶ τὸν οὐρανόν. Sarculationem Theodorus; recte. vox rurē nata, & infrequentior. Illa vulgarior, & communior. Σκαλπετης, σκαλπετης, γνωστό, etiam haud ita omnibus usitata. ιαπογνής. Theodorus, inferius scep̄t excitant. Non venit in mentem verbi subpulverant, vel id emisset de suo, ut poneret. Videbimus brevitatem. τὸ ταῦτα γνωστά πτερον. ιερὰ τούτα. Scilicet opus sit, vel tale quiddam.

Ιαπογνής τὸν οὐρανόν. Theodorus, quo ad runcandum. Sic & Plinius, variante uva, fodiendas. At hic, οὐται ιαπογνής. Ita & infra apud Homerum τὸ ταῦτα γνωστά eundem modum interpretantur, ιεράς, οὐ τὸ μέλι, μέλιται.

Οὐαὶ τὸν φαγῆν. Theodorus, ut cunque disjectum. Simplicius, ut rumpatur. Lege τεργίσσοι, non τεργίσσοι. Luxuriem notans verbum, alibi à Theophrasto possum, & à preceptor. Theodorus addit verbum minus aptum, Ewellunt. At est ιεράμην, abradunt, circumcidunt, Plin.

Kai τὸν δέρμα, τὸ οὐρανόν. Theodorus omisit, οὐτε τὸν οὐρανόν. Subdit historiam de ea, quae in Arcadia: quam totam omisit Theodorus, & longè sui dissimilis oratio est, & οὐτε τὸν οὐρανόν, sub eadem prepositione.

### ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

**Φ**ΥΤΕΙΣ. Hunc locum ita vertit Plinius lib. xiiii. cap. iv. Seritur autem primum, & bina juxta composita semina, superque totidem, quoniam infirma singulis planta est. Quaternæ coalescent. Loxitum autem de palmulæ nucleo: de quo ante dixerat, Postea lignum intus, hoc est semen ejus. Est autem oblongum, non ut olivis orbiculatum. Præterea cæsum à dorso pulvinata fissura, & in alvo media plerisque umbilicatum, unde primum spargitur radix. In quibus mirum, cur τὸ φοινικὸν πυρπόλια, quod constat ossiculum esse, sive corneæ substantiae, lignum esse dixerit. Nam diserte Theophrastus histor. libro i. cap. xviii. de hoc loquens ait, οὐδὲ τὸ καρπόντερον ιχεῖ τοῦτο οὐδείτελον. (At in presenti capite reposuerunt ex versione Gaze, κρίλον: male. Legendum enim κρίλον, nisi per κρίλον, intelligas cum Plinio, dorsum pulvinata fissura, que ὑπνα pars Theophrast. περιέντων in qua umbilicus) οὐδὲ τὸν φοινικὸν, vocavit Leontinus libro x. Geoponic. Sed idem Plinius in eodem cap. de palmis, inquit, Fructiferarum aliis breuius lignum in pomo, aliis longius: his mollius: illis durius: quibusdam osseum, lumenque. Sed expediendus est nodus. Cum lignum vocat Plinius, videtur Cuci inter palmæ genera comprehendisse. Vide que in Græco lexico scriptissimus, in voce καρπός. Illud autem nascendi principium in palme nucleis, quod in fabis hilum, & in colocasia μερόποιον, dixit Theophrastus, ut & adnotavimus in voce πιλός, id est, quod umbilicatum, esse dixit ipse Plinius, quod recte oscillum, & umbilicum possit appellare. Nam idem, Condi lupi-

nos, inquit, in summo maxime convenit: quoniam in humidi vermiculi, umbilicum ejus in sterilitatem castrant. Columella libro i. cap. x. Si humor invaserit, vermes gignit: qui simul atque oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest. Apud Constantiū Caesarum γαλαπηνόν, lib. x. de satu palmarum, sic logo, ἀντὶ μηροῦ τὸν καρπόντερον τὸν βαθύτατον τὸν περιέντων κρίλον γέλων, τὸ οὐρανόν τὸν καρπόντερον, επικάρπιον, &c.

H' οὐδὲ αὐτὸν. Leg. η οὐδὲ αὐτὸν, nempe σελίχης φυτέας. Quod & Plinius ita vertit lib. xiiii. cap. iv. Seruntur autem palmæ & trunco duorum cubitorum longitudine, à cerebro ipso arboris viridi fissuris diviso, atque defolio.

Tὸν ψηφίον. Sic vocat stipitis partem, in qua relictus humor, sive succus, quem salivam Latini vocant (nosque vulgo Seve) quia lento salivarius, præsertim corticis quarundam, ut ulmis est salivosus humor, testo Plinio lib. xvi. cap. xxxviii. ubi, Humor & cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus, &c.

Κατὰ τὸν. Lego μαρτανόν. Plinius lib. xiiii. cap. iv. Gaudet & riguis, totoque anno bibere cūm amet, anno fitienti. A fimo quidam etiam lædi putant: & Assyriorum pars aliqua si non roris misceatur.

Απορεῖται. Legendū απορεῖται. Hunc locum sic transtulit Plinius libro xiiii. cap. iv. Ergo plantaria instituunt, anniculasque transferunt, & iterum binas. Gaudent enim mutatione sedis, verna alibi, in Assyria autem circa canis ortum. Nec ferro attin- gunt

gunt ibi novellas, sed religant comas, ut in altitudinem exeant. Robustas deputant crassitudinis gratia, semipedales ramorum relinquentes truncos &c.

*Γένη καρπών.* Plinius ibid. Genera earum multa: sterilibus ad materias, operumque lautora uritur Asia, &c.

*Στάχυς.* Dicitur supra Theophrastus libro. I. cap. xxii. Τὸς φοίνικος τὸ μόρον ἀρπλωταί τε, τὸ δὲ θύλακον σῶν ἀρπλωταί, αὐτὸν οὐδὲ παῖσι τὸν καρπόν. Et Plinius lib. XIII. cap. iv. Mas in palmita floret, foemina circa florem germinat. Vbi καρδίλιον, vertit palmitem: dixitque ibid. Pomum est non inter folia, ut in cæteris, sed suis inter ramos palmibracis racemosum. Et libro XVI. cap. XXVII. ait, Palma, ut dictum est in spathis, habet fructum racemis præpendentem. Vide tamen quid propriè αὐτὴν, quod adnotatum est in Greco Lexico Crispini.

*Στάχυς.* Legendum τῷ καρπῷ. Plinius lib. XIII. cap. iv. Sicciores in hoc genere Nicolai, sed amplitudinis præcipue, quaternis cubitorum longitudinem efficiunt.

*Μικρός.* Tales margarides, sive potius margarites. Ex breves, inquit Plinius, candidæ, rotundæ, acinis, quam balanis similiores: Quare & nomen à margaritis accipere.

*Βατός.* Legendum βατός, cuius meminit Plutarchus de fortuna Alexandri. Plinius etiam ex hoc loco ita dixit lib. XII. cap. iv. de palmis: Clarissimæ omnium quas regias appellaverunt ab honore: quoniam regibus tantum Perfidis servabantur, Babylone natæ uno in horto Bagou, &c.

*Εὐκόπη.* Plinius ibid. Caro maturescit anno. Quibusdam tamen in locis, ut in Cypro, quanquam ad maturitatem non perveniat, grato sapore dulcis est, &c.

*Οὐρανὸς μιγάλοις τῇ μακρῇ μόρον,* αὐτὸν βασιχὺς, in, &c. Sic enim restituo. Sunt enim & palmæ proceræ, sicut præcipue sylvestres: sunt & humiles fruticem non excedentes; tales chamæropes Plinio.

*Καρποφορῆτις.* Plinius libro XIII. cap. iv. Ferunt statim in trimatu. In Cypro vero, Syria, Egypto, quadrime aliae, aliae quinquennes, altitudine hominis, έπειγοντες. Hoc genus cum priore non recte in unum constavit Plinius ibidem. Nam post illa quæ supra adscripti in annotatione in καρπῷ, attexuit atque assuit ista. Et folium ibi latius, fructusque reliquis rotundior, nec ut devoretur corpus, verum ut expuatur, succo modo expresso. Et forte scriptus Plinius, injunctior; non vero, rotundior.

*Κύκας.* Plinius lib. XIII. cap. iv. In ipsa quidem Aethiopia friatur haec (tanta est siccitas) & farinæ modo spissatur in panem. Gignitur autem in frutice ramis cubitalibus, folio latiore, pomo rotundo, sed majore quam malam amplitudine. Cycas vocant, triennio maturescunt, semperque frutici pomum est subnascente alio.

*Κακαΐφης.* Plinius etiam ex hoc loco ibidem sic scripsit, Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant, exemptaque vivunt, quod non aliae. Vocantur autem chamæropes, folio latiore ac mollii, ad vitilia utilissimo. Copiosæ in Creta, sed magis in Sicilia. Dixeratque prius, Sunt & cædæ palmarum quoque sylvæ, germinantes rursus ab radice succisiæ.

*Καρπός τοντούτων.* Et infra aberratio, corrigi τὸ παρόντος τοντούτων. Non est autem hic τὸ παρόντοντον φοτίου, inverso furculæ, sive inversa virgula ferere. De quo supra cap. VII. in annotatione Κάρπων. Sed cum Philosophus supra sermonem instituisse de arbuscularum translatione, & positione, imperfecta de palmis historia, rursus ad propositum de situ revertitur. Quod etiam testatur Plinius libro XVII. cap. XI. ubi de situ plantarum quæ transferuntur tractans, sic ait de Theophrasti sententia, Quod è diverso affectant etiam quidam in vite, sicutque permutantes in contrarium. Densiores enim folio ita fieri, magisque protegere fructum, & minus amittere, sicutque sic etiam scansilem fieri. Alioquin τὸ παρόντοντον φοτίου, est etiam (ut dicitur supra) inverso furculo, sive inversa virgula ferere: ut infra de Causis lib. II. cap. XI. de punica. Oi δὲ τοῦ μόρον παλαιον κελυφον φοτίου τὰς ράβδους τέττα κάθεται, οπος iudei κατεπιστοσι. Et prohibet tamen Palladius in Martio cap. xc. Ne punicas virgula inversa deponamus. Punica vero scio κατεκίφαλα φυτοθήσας τοντούτων, in Geoponicis.

*Pōddā.* Vide quæ observata sunt in Lexico Crispini in verbis καρποθήσας, τοντούτων, κατεκίφαλα, Gaza νοτίας. Sed le-

gendum contendō καρπον. Sic enim vitiis capreolos translatè vocavit, qui εἶχεν, id est Ciceroni, claviculæ, quibus vitiis quasi manibus uritur: vel, ut dixit Plinius in proœ. lib. xxiv. Claviculæ quibus repunt vites. Similes sunt cirrīs polyporum (quos & idem pampinos appellavit) sive cincinnis puellarum, qui βασποντούσι, sive βασποντούσι. Ideoque dicebat Varro lib. I. de re rust. cap. XXXI. Ex altera parte caprea dicta quod parit capreolum. Is est coliculus nitens intortus, ut cincinnus. Itaque nil mirum si καρπον τοντούτων εἶχεν Philosophus appellari καρποφορῆτις.

Tὸ καρπόν. Repono τὸ αὔξητον, ut de decuminatione intelligentias. Hoc etiam genus culturæ fici adhibet Columella: ait enim lib. de arboribus cap. XXI. Nonnunquam etiam cum fronde cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Sic firmiores arbores, &c feriores sunt. Quem subsequuntur Plinius lib. XVII. cap. XXVII. inquit de fici. Eædem cum frondere incipiunt, si cacumina rami cujusque detrahantur, firmiores, fertilioresque sunt. Lege & ipsum Theophrastum de Causis lib. V. cap. XXI. ubi παλαζούσι τὸ τοντούτων παραστατικόν τοντούτων, οὐτος τοντούτων βλαστούσι, &c. Est vero καρπόν καρπον caput ὡς τοντούτων μη διοβαίδειν τὸ καρπόν.

*Σπακένη.* Fossio quidem est, & propriè in arboribus ablactatio vocatur. circumfolluram etiam dixit Plinius lib. XVII. cap. XXVI. ubi & hunc locum Theophrasti imitatione adumbravit. Ex his, inquit, quædam sunt communia omnium, quædam propria quarundam. Communia, ablactatio, &c. De quibus etiam ipse agit Philosophus de Causis lib. III. cap. II. & lib. V. cap. XII.

Tὸ μόρον φίλυρον. Plinius sumpfit etiam ex hoc loco ita scribens lib. XVII. cap. XXVI. Arborum iis aliæ magis, aliæ minus gaudent: veluti cupressus & aquam alpernatur, & fimum, & circumfolluram, amputationemque, & omnia remedia odit: quinetiam necatur. Riguis & vites, & punica præcipue aluntur. Ficus arbor ipsa riguis alitur; pomum vero ejus marcescit.

*Δακτυλιόφεδα.* Plinius hinc transcriptit, ita prodens lib. XVII. cap. XXVI. Plurimæ autem amputari sibi volunt onerosa, ac supervacua, sicut nos ungues & capillum. Reciduntur veteres totæ, ac rufus à stolone aliquo resurgunt, &c.

*Πολυγονάτον τὸ ιχνεύσατον.* Dubium an hæc aliorum sententia, de materia in opere, an de vita ipsarum arborum intelligi debeat. Ego de vita, hic utrumque puto accipi oportere, ut sit μακροβιάτηρ τὸ δυοτάρδη. Horum tamen quæ modo accipiā, pars altera tantum vera est. Nam firmissime ad viendum olea, teste Theophrasto histor. lib. IV. cap. xv. & Plinio lib. XVI. cap. ult. Materies maximè durabilis, non firmissima tamen. Nam, ut idem ait Plin. lib. XVI. cap. XLII. Robur, olea incurvantur ceduntque ponderi. Myrtus autem citò occidit. Idem Plin. lib. XVI. cap. XII. Lignum autem & infirmum per se ineptumque ædificiū. Ego interpretatione ambiguitatem suscili.

*Συρματινές γονές,* de quo & lib. VI. cap. v. id est, fimus ex viarum vel cortis colluvie, de purgamentorum quæ converri solent congettitia materia. Vide Columellam cap. II. cap. XV. in eo loco, qui non solum ea purgamenta quæ ipsi corporibus edunt, sed & quæ colluvies cortis & adficijs, &c.

*Ονκαλος.* Legendum ονκαλος, vel ονκαλος, ut in fratre lib. IV. cap. XIV. quæ & ab ipso ονκαλος vocatur lib. III. cap. XXV. de causis plantarū, atque ab alijs ονκαλος, & ονκαλος, id est sarritio Varroni, sive sarritura Columellæ, & lartura atque sarculatio Plinio. Et oīēn supra corruptio προστοντοντον. Legē adnotat. in Lexico Græcolat. Crispini. in voce ονκαλος.

*Εὐρήσι.* Apud Constantiū Cæsarem similis cultura in sterilibus vitiibus lib. V. cap. οὐτε αὔρατον αἴρεται. Vbi tamen corruptè scriptum Διοφοντην. τὸ πείμαν, inquit, οὐσιος εμιλην τε τετραγωνος καλος οὐσιος δρύνω, τὸ ληρω ιμβαλε το τοντούτων τοντούτων το πείμαν τὸ μέν, &c. Plinius lib. XVII. cap. XXVII. Pomiferis quæ germinant, nec ferunt fructum, fissa radice inditit lapis, fertilesque sunt. Columella, Amygdalæ parum feraci, forata arbore lapidem adjici, præcipit, qui in librum arboris finatur inolescere.

*Τίφεντον ονκαλος,* τὸ κατεκίφαλα. Repono ονκαλος προστοντοντον. κατεκίφαλα, id est κατεκίφαλα. Diciturque Plin. lib. XVII. cap. XXVII. Etiam radices circumcidisse, prodest vitiū luxuriantiū ficorumq., & circuncisis cinerē addidisse. Αμυγδαλη, Plinius ibid. Hoc idē & Amygdalis, è robore cuneo adacto. In pyris sorbisque è tæda, ac cinere & terra

*terra cooperito. Vbi forba addidit de suo, sumpta, credo,  
occasione, ex eo quod ait Theophrastus, καὶ τὸν ἄδειον; (Sic  
enim emendo pro ἀτέλειῳ) vel potius, ut infra dicetur in  
Adnot. ταῖς.*

\* Γάιαν. Substituo ἔτεν, sive ὄλος: sic enim sorbus utroque modo. Atque ita legendum docent verba Pliny supra ascripta in Adnot. τίθησαν.

*Eiswîtîci. Repono ökwîtîci.*

JOANNIS BODEI A STAPEL

TΩ, &c.) De palmæ satione, natura & generibus, multa, ac præclara hoc capite Theophrastus docet. Palma dicitur quod comam in cacumine habeat circumtensam, & ramos in digitorum modum pretensos. Ut palma apud Latinos denotat arborem quæ fert palmas, ipsumque fructum: sic φοίνιξ apud Græcos arborem fructumque significat, ut docet Galen. libr. de cibis boni & mali succi, cap. iv. φοίνιξ nomen, quin à colore impositum, non dubito. φοίνιξ enim quali φοίνιξ, à sanguineo, cruento-que quarundam palmarum dicitur colore, unde & φοίνιξ rubefacio, cruento rubore suffundo, purpureo sanguine intingo. Phavorinus: Φοίνιξ ὁ πύρρος, ὃς εὸν καὶ φοίνικες οἱ ὄποις αἱ γέ τὸ ὄμοιόν σου. Recentiores Græci, δάκτυλοι appellarunt. Suidas, δάκτυλοι τῷ δάκτυλῳ οἱ βα-λάνοι τῆς φοίνικος. Dixi à recentioribus sic vocari, quod nullus locus apud veteres reperiatur, in quo δάκτυλοι pro palmæ fructu ponitur. Scio apud Plinium lib. xiiii. cap. iv. hæc reperiri: Suum genus è sicciore turba dactylis prælonga gracilitate curvatis interim. &c. Locum hunc corruptum docet nobiliss. Salmas, ac corrigit, Suum genus è sicciore turba, balanis prælonga gracilitate, curvatis interim, &c. Sic legendum existimavit, quod Græci veteres palmæ fructum βαλάνος & φοίνιξβαλάνον vocarunt. Dioscorides lib. i. Oi δὲ φοίνιξβαλάνοι εστιν κάπηρ. Interpretes φοίνιξβαλάνον, dictum putant à colore mutato. Vertant enim: Eadem si usque ad totam maturitatem in arbore relicta fuerit, mutato colore & no- mine phœnicobalanus, id est punicea, sive malis, vermicula vocatur palmula. Rectius Plinius Græco usus est vocabulo. Ægyptia enim palma, de qua sermocinatur Dioscorides, Plinio si credimus, colore est in nigrum vergente. Palmas candidas, flavas, rubras reperiiri tradit hoc capite Theophrastus. Idem testatur Alpinus, qui diu in Ægypto vixit. φοίνιξβαλάνοι veluti δρυ-βαλάνοι Græci dicunt, ut distinguerent ab alijs βαλάνοι quercuum, castanearum, & similium. Galenus lib. de cibis boni & mali succi, asserit φοίνικας, à recentioribus medicis φοίνιξβαλάνοι vocari; addit nomen illud apud veteres non fuisse in usu. Tār δὲ φοίνικος ἡ καρπὸς ἐπὶ φύλων ἀνθελέων λεπιδίων φοίνικος, ὀφεύρεως τοῦ θειόρφυ-τοφορίος τὸ ἄμα τὸ γλυκύθεον κυριότερον. πήδε δὲ τὸν καρπὸν εἰσεῖν οὐ εὐθύτερον αποφεύρεσθαι φοίνιξβαλάνος ὄποιαζεν αὐτον. ἐν μὲν διάφοροι τοῖς παλαιοῖς Εὔπολοι, ἐν δὲ τὸνομα. φοίνικας γὰρ ὄποιοι βαλάνοι, τὸ καρπὸν πότνιον, οὐ φοίνικος, ὅνδε φοίνιξβαλάνος ὄποιαζεν. Palmarum fructus Græci omnes quemadmodum diximus, tum palmas, tum carum fructus, comedere vocabulo φœnicas appellant, dulcis succisunt, & adstringendi etiam facultatem habentis. Hos medicis quidam recentiores composto nomine phœnicobalanos vocant, idque apud veteres Græcos in usu non est. Namque illi hos fructus φοίνικας βαλάνοι, hoc est palmularum glandes, non φœnicas aut phœnicobalanos dicunt. φοίνιξβαλάνοι tamen voce usus Polybius, Galeno saeculo uno alteroque antiquior. Vixit enim temporibus Ptolemæi Euergetis regis Ægyptiorum, ut refert Suidas. Ex auctoritate Polybij scribit Athenæus lib. xiv: lotum ficibus & palmularum gustu non dissimilem, sed odore suaviorem. Εἴ δὲ τὸ βραστὸν τριχωτόνος σίκη, καὶ φοίνιξβαλάνοι, τὴν δὲ ιωαδίην βίλην. Dioscorides loco citato, βαλάνοι, ἀλλὰ τῆς φοίνιξβαλάνοι diversum facit. Interpretes omnes βαλάνοι, vertunt immaturum; φοίνιξβαλάνον, matrum fructum. Certe φοίνιξβαλάνοι, palmas Dioscorides tam distinguunt à viridibus, quas πόμασι, sive πέμπασι vocari refert, quam à siccatis, quas τρεψημένα vocant Græci. Xenophon secundo ἀναβάστως. πήδε πήδε ἔνοχινον τε τρεψημένην τριχωτήν. Hesych. φοίνιξβαλάνοι. τὰ τρεψημένα, καὶ τὰ πέμπασι. Plin. lib. xiiii. cap. iv. Ex reliquo genere plebeevidentur. Syri, & Iuba tragema appellant. Nam in aliqua parte Phœnices Ciciliaque, popularis etiam nomine à nobis appellantur balani. Corrupta hæc, Doctiss. Salmas, recte judicat. Vox Græ-

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

ca est, non Phœnices φάλαντα. Restituit idem in hunc fensum: *E reliquo genere plebeis* videntur Syri. Tragema appellant. Nam in alia parte Phœnices, (Phœnices hoc loco φοίνικες palmulae) Græciaque populari etiam nomine à nobis appellantur balani. Cæterum non omnis palmæ balanus, tragema dicebatur; sed is duntaxat qui siccatus erat, quod non observavit Plinius. Maturæ recentes φοίνικες palmulae vocantur. Dioscorides, *E' τὸ ἀφεψηθῆ πτωτόμρθον* φοίνικες λαβαντος. Quod si ad integrum maturitatem pervenire finatur, phœnicobalanos fit. Plinius loco citato. Colligitur autem paulo antequam incipiat maturescere, quod si relinquatur legit ἀφεψη, quomodo legendum docet Marcellus. Perinde videtur, quam teneamus lectionem, si vulgariter sequamur, nihil decedit sententia Plinianæ. Si ad solis cocturam referatur, & calorem quo omnis plantarum fructus ad maturitatem perducitur, phœnicobalanos vocatur, & nigrescit, vescentesque inebriat. Malè ergo, ut dixi, hodierni interpres, ita accipiunt, quasi mutato nomine ac colore palmula, cum matura est, vocetur phœnicobalanos, id est punicea glans. Longè alia mens Dioscoridis & Plinij. Nec Græcum φοίνικες λαβαντος pro φοίνικες φαλαντα. φοίνικες λαβαντος, recentiores Græci σικλινος vocarunt. Hesych. Σικλινος, φοίνικες λαβαντος, σικλινος τοι αυτοι, φοίνικες, forte φοίνικες scribendum, vel τοι αυτοι, κατ φοίνικες, souclai phœnicobalanus, idem. & phœnicis id est purpura, purpureus color. Immaturam palmam Dioscorides, πόμα vocari ait, φοίνικες αἰγαλητη γίνεται. τεργάτης δὲ μεσπιρέσσης τῆς κατὰ τὴν ὄπισθην ἀκμῆς, παριμφένει τῇ Αἴγαληκι μερεβαλανοι; πόμα δὲ λίγατη, κλαυδες τοι γένεται, ιμφέρης κατανικητὴ τὴν ὄπισθην ἀφεψη. Τεργάτης, inquit, μεσπιρέσσης &c. Vertunt, Ex ea vero fructus in medio autumni vigore colligitur. Legunt alij μεσπιρέσσης, & vertunt, colliguntque ex eo palmulas autumno, antequam maturescere incipiunt. Ruellius interpretatur, ea medio maturitatib; vigore autumno decerpī solet. Reddunt alij, medio tempore autumni tatis sue; qui non videntur exponere, τηντα την ὄπισθην ακμην. Scribunt alij, τεργάτης δὲ μεση τηντα την ὄπισθην ακμην. Decerpitut autem in medio vigore autumni. Quot homines, tot sententiae. Nemo attendit ad vocem οὐαγηρ, quam supra exposuimus. Lubet iterum locum insignem in mediū adferre, ut quod tempus ὄπισθη sit. intelligi possit. Gal.lib. i.epid.comm.i. docet ὄπισθη tempus anni quod à Canis Ortu, ad Arcturi ortum durat. Ιωνιαζει δι' οὔπιον δε, επιτην την αιγαλη, την αἴγαληφατη τοι λόγῳ ιπποτοις αἰσερος την ιππομετατητη γερμινειν, εο θεοι την καλυμμην συειχε, ονομαζει δι' αιτον οιον καλ καμη, καλοχρυσαμμοι την την παντος αστρα παπομερεσα. κινη μηδ τοι συμπατη αστρο, ο δι' ειτη της φορος αινθον σεπιασι, η δριτης αν περιμελοι την αειμηι, ο δι' ικανη, καρχηδη την καλυμμην παποκη ιπποτοι ποιητη την αισερος ισι. κα δοι την οινωτης ειν, την πινακη αειχε, αχει ρηρ ιπποτοι την και οικτηνητοτη θεος, οικτηνητο διερη, διερη δε μειζην δρακτουρη την οπισθη, οι δι' αιντη ικη την κειμενα αειχη την πινακη, μειον μηδ αιντο πινακης την αστρη την την την πινακη, την δι' ιπποτοι, απορτον μηδ την ποδον, Φυταλιαι δι' την ιπποτο, αιντη γη την οινωτης ικη. κα μηδ δι' ικη την ποδη ιοδιδειδον ιπποκριτης ιπποκριτης φορομειν φιβελιαι, οινημενοι ισιν ινειη την ιναγητη εις ιππη, την μηδ φινιπητη, ικη την ιρρη αιτρητην πεφιλαι μειναι, πετμηνων δι' την μηδ και μηδ ιις την αιμην, την ιηρης ιις ιηρη. Porro non caret admiratione, *Cest investigatinga causa, cur sit præteritus in sermone stelle ortu illustrissime, que in astatem ircidit, canicule vocitata à Latinis, à Græcis ουρις.* Hunc aliqui, nomine abutentes, totius sideris, Canem etiam nominant. Atqui Cani universo sideris est nomen, illi vero que in ejus est mandibulo, Canicula: quam recte anticenom, non canem appelles, cuius quidem stelle ortu οιηρος, quam vocant, principium est. Atqui in septem divisiones qui annua distribuunt, & statim ad canis usque ortum protendunt; ab hoc ad Arcturi ortum οιηρων (interpretes malè autumnum vertit) atque idem hyemem in tres partes dissecant, cuius sub solstitiis tempus medium constituit. De extremis

diobus primam sementem, postremam florariam, id est plantandi tempus. Nam hoc illi pacto appellant ista. Et quidem in libro de septimanis, qui Hippocrates nomen prefert, in septem partes annum divisum reperies: ita ut autumnus & ver integrum constent, & indivisa: dividatur autem in tres partes hysmis, & in duas astas. Hactenus Galenus. Effari nequeo quantum lucis haec prebeat, ijs quae lib. viii. & viii. de sationis & plantationis tempore a Theophrasto referuntur. Diocoridis autem orationem, Τενάται μυροβαλάνων, (sic lego cum viris doctis, μυροβαλάνων, ab antiquo μυροβάλων, medium suppedito, prebeo medium iter consilio, in medio sum. Falluntur, qui μυροβαλάνων, legunt à voce ὄντας) & γένεται τόπος ὄντας αἰώνιος. Interpretor, Colligitur medio tempore maturitatis sue, quando dies caniculares sunt in maximo vigore. O'mēgo tempus illud, quod caniculares vocamus dies. Sæpius hac voce utitur Hippocrates, & lib. de affect. internis non semel. Επιλαμπεῖται μάλιστα μυροβάλων (quasi μετέτοπων, quod dies caniculares sequatur) καὶ ὄντας ἀνθεκτόν. Hic morbus maximè corripit autumnum, & diebus canicularibus. Eodem lib. Γίνεται δὲ τὸ νόσου σύνοπτόπτοτες τις τῶν ἡπαθῶν παντὸς ὄντης. Fit quidē hic morbus diebus canicularibus, quum pomis (vide cap. præced. de ὄντας) se se repleverunt. Cæterū Prosper Alpinus, medicus & botanicus insignis, qui diu in Ægypto medicinam exercuit, & plantas Ægyptias descripsit, resert, palmas in Ægypto autumnali tempore esse maturas. Si eo tempore maturæ; quomodo immaturæ decerpri possint, non video. Ergo immaturæ colliguntur diebus canicularibus, maturæ autumno. Sequitur apud Diocor. παραμφίων τῇ Αραβίᾳ μυροβαλάνῳ. Arabico myrobalano similis. Mirari satis nequeunt interpres, quod palmæ glandem comparet Arabicæ myrobalano Diocorides; cū nusquam alibi ejus mentionem faciat. Mirantur, inquam, myrobalani descriptionem ab illo prætermissem, cum tamen ab ea, tanquam suis nota & usitata temporibus, hoc loco similitudinem delumat. Veterū Græcorum quod sciam nemo myrobalani mentionem facit, nūi auctor libell. de plant. Arist. attrib. hic lib. I. cap. ult. circa finem, Τὰν μυροβαλάνων δὲ οἰδέμων, τὸ τῷ αἴρεται φυτῶν εἰ καρποί εἰσι ψλυκτοί. καρπούς δὲ τοιούτοις, οὐτε τοιούτοις ποιεῖται. Myrobalanorum vero arborum fructus cum initio apparuerunt, dulces sunt, communiter autem adstringenti sapore, amarique in mixtione. Μυροβαλάνων nomine intelligit Diocor. βάλανος μυροβαλάνων. Idem sunt μυροβαλάνων, & βάλανος μυροβαλάνων. Glands unguentaria, quod unguentis pretiosus adderetur. Mart. lib. XIV. titulo myrobalanum:

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus.

Hoc ex unguento constat, & ex balano.

Aëtius lib. x. cap. xi. ἀλλ' οὐ τὸ μυροβαλάνων λόγον μεγάλων καλεσινήμετον γίνεται, εἰ μὴ τὸ ὄντερον ποτεῖν. Glans unguentaria quam myrobalanum vocant, facile vomitum excitabit, nisi cum oxyrato bibatur. Myrobalanum & balanum myreplicen eandem ait glandem. De balano hac vide cap. x. lib. IV. historiar. ubi luce meridiana clarius probatur, vulgares myrobalanos, non esse veterum glandes unguentarias. In prunorum potius classem referri debent, quam palmarum; nihil similitudinis cum palma habent. Diocoridis ævo, nomen myrobalanorum, eo sensu, quo hodie nobis nota sunt, prorsus inauditus. Vetus interpres Alexandri Trallianus, qui ante sexentos annos vixit, Τὸ φοινικόνων, vertit myrobalanum. lib. vii. cap. viii. Αἵδεν ηπατίνδες λυρικτες, κηνίδοι, βαλανεῖς, ροιᾶς, φοινικόνων, κηνοῦ, τράχει, Aloes hepaticæ, gallæ ascaneæ, acacieæ, balaustræ, cynamorum, riaæ, myrobalani aut phœnicobalanî, ceræ, punici. Non hæsitavit, non dubitavit antiquus interpres, ut doctissimi viri asserunt: utrum phœnicobalanum diceret, an myrobalanum. Legentem monere, ac docere voluit, Trallianum, ejusque ævi medicos, phœnicobalum nō esse dactylum maturum, quomodo apud me dij ævi Græcos accipiebatur, sed myrobalanum. Insimæ æratris Græci τὸ φοινικόνων, vocarunt βάλανον μυροβαλάνῳ. Idem Trallianus lib. viii. cap. viii. circa fin. Φοινικόνων δὲ, οὐ τὸ μυροβαλάνων ὄντερον, εἰ μὴ δὲ ὄντερον πίνεται, ἀντίρημάτων αἰσθάνεται. Phœnicobalanos autem quam & myrobalanum appellant, nisi ex posca bibatur, mox evomitur. Hæc de myrobalanis vulgaris intelligi nequeunt, quod vomitiones sistant: sed de unguentaria glande seu μυροβαλάνῳ. Galenus lib. vi. simpl. βάλανος μυροβαλάνων. Paulo infra. Ei δὲ τις τῆς σαρκὸς αὐτῆς πιοι σερφίκην ἔλλιθον μετὰ μελικερτούς μετεπέλει τὸ φαρμακόν πολλαχοὶ ἐξ αὐτῆς καταψήσαντες οὐδὲν διαφέλετο. Θεον ἐπιδιδόντες τὸ φαρμακόν πιοντες λατινοῖς, καὶ μελίτες οὐπερ οὐτοῖς πολλοῖς παραστατεῖσθαι.

Ζερμανίον, τοιούτος ὄντερον δὲ τὸς αἰώνας, ἢ τὸς εὐτελεῖς οὐτοὶ κατεῖται. Si quis carnem ejus drachmæ ponderare cum meliscato bibat, medicamen experietur vomitorium, sœpe etiam per inferna album largiter subducit; itaque cum hoc medicamento utimur ad viscerum expurgationem, & maximè hepatis lienisque, ex oxyrato ipsum exhibere consuevimus; gaudet vero vel maxime aliqui acero ad actiones extrinsecas. Idem Trallianus myrobalanum numerat inter calida. lib. viii. cap. xiii. Ψυχρὰ δὲ τοιούτης διαστάσης, καραμπιτός, καμαλός, θονάν, μυροβαλάνων, καλαμίδη, πολιόρκης, ἀνθερός. Frigidæ autem, & siccæ temperiei chamaephytis, chamaedrys, gentiana, myrobalanus, calamintha, peucedanum, acorus. Myrobalani vulgares calidi non sunt, sed frigidæ, nec adversus frigidum morbum quicquam valent. De suo adjicit, phœnicobalanum dactylum esse, interpres antiquus Moibanus, cum Tralliani locum lib. x. in hunc lensum vertit; Phœnicobalanus qui & myrobalanus vocatur, & quibusdam dactylus, nisi cum oxyrato, id est posca sumatur; vomitione continuo congitur. Qui myrobalanū dactylum vocari, repperi neminem. Glandem unguentariæ intelligit Trallianus, quæ myrobalanus vocatur. Aëtius lib. I. βάλανος μυροβαλάνων καὶ μυροβαλάνων δομούσιον. Cestat ergo βάλανος μυροβαλάνων, myrobalanon vocari. Sed cur φοινικόνων, Trallian. vocari, imaginari nequeo. Palmæ, glandique unguentariæ facultas dissimilis. Vomitiones μυροβαλάνων movet; & incidenti vim habet; neutrum potest palma. Diocorides phœnicobalanum maturam palmam vocat: immaturam vero & adhuc viridem comparat Arabicæ myrobalano, sive glandi unguentariæ. Theophr. lib. iv. cap. ii. glandem hanc fructum terre ait: οὐ μηδέτερον τὸ φυτόν τοῦ φοινικόνων. Dioc. capparis fructum lib. ii. cap. cciv. describit, Καρποὺς δὲ τοιούτους, οὐτούς τοιούτους λαβάνον, τοιούτους διαφορὰς, τοιούτους ποτεῖν. Ινδοὶ δὲ τοιούτους φοινικές ποιοῦνται, ιερούς. Fructum vero olivæ instar, qui cum debilis pandit, florem promitt candidum. Hoc vero dilapsò, non nihil glandis oblongæ figura inventur, quod apertum grana tanquam punici mali exigua, rubentiaque intra se ostendit. (hæc quomodo intelligi debent, habes lib. vi. cap. v.) Idem Dioc. lib. iv. c. civa. βάλανος μυροβαλάνων, fructum ferre ait, nucis avellanae similitudine, ομοιος τῷ λεγματῳ παπούῳ καρπῳ. Nux hæc, ut suo loco dicam, à quibusdam διε βάλανος nuncupatur. Ægyptia palma cum immatura est & viridis, capparis fructu colore, & magnitudine refert: nec ineptæ cum avellana, quo ad formam & magnitudinem comparatur. Myrobalani etiam sive glandis unguentariæ fructus, si Plinio fidem adhibeamus, viridis. Ægyptiam lib. xi. cap. ii. ait, pinguiorem esse, & crassiori cortice rubentem. E diverso Arabicæ viridem & tenuiorem. Ergo quo ad colorem recte Diocorides, Arabicæ myrobalano comparavit palmæ glandem. Vox παραμφίων, de aliquali figuræ similitudine accipi debet, non de usu in re medica, aut unguentis. Falluntur viri eruditissimi qui palمام Ægyptiam, & glandem unguentariam, congeneres arbores referunt, nataliumque tantum, non generis inter eas differentiam intercedere. Quod glandem, utriusque fructus refert, non inde cocludi potest, cognitione aliqua generis interesse jungi plantas. Alias dicetur, omnes glandiferas plantas, esse congeneres, cum multæ sint planè dissimiles. Nihil similitudinis myreplicæ glandis arbor, cum palma habet, ne balanum quidem, nisi immaturum. Arbor ipsa in totum differt. Palmæ folia lib. i. cap. xv. arundinacea scribit Theophrastus: glandis unguentariæ folia μυροβαλάνων lib. iv. cap. ii. idem tradit. nisi forte ex Diocoride μυροβαλάνων scribendum sit. Quocunque vero modo scribi debeat, myrtus, & myrica folia ferunt, quæ nullo modo possunt comparari arundinaceis. In totum dissimilia sunt. Verum quam solam inter arbores has constituant, nataliū differentiam, ea nulla est. Iudea, Arabia, Æthiopia, Ægyptus palmas habent, & myrobalanos: utraque planta dictis regionibus reperitur. Restat indagemus, quam pulchre hæc, & ex Græcorū mente Plin. exscripterit. Adverte lib. xxii. cap. xiv. Palma que fert myrobalanum, probatissima in Ægypto, ossa non habet reliquarū modo in balanis. Postremam tentativa partem inferius exponam, ubi locus Theophrasti, ex quo ista exscripsit, examinabitur. Græcus auctor palmæ arboris glandem, comparat Arabicæ myrobalano: Latinus, palmam arborem myrobalanum ferre scribit; quod falsissimum esse, ex iis quæ jam diximus, facile percipiet lector. Græcorum, aut Latinorum nemo palmæ